



tibus derogantem. Nam quis honor  
Sacrae Homeri Iliadis, quod in nucis la-  
titasset putamine, quasi verò major emi-  
nentia foret in infimo semideos Hero-  
as confoveri automato; quos Patrius  
cōprehendere nequiverat Polus. Sa-  
cilegus hic, ac proinde illicitus ausus:  
Augustos ad angusta redigere, quæ te-  
meritas! Solem illi, ne suus Musis de-  
cor absit, in annulari Pyrrhi collocant  
Sphæra, qui publicam Famã, gloriosaq;  
Vestrū vocant in compendium Facta;  
quæ sicut Alexandri more limites cer-  
tūq; suum ignorant terminum, ita nec  
concisam & propriæ noxiam Adoreæ  
patiuntur dialectum. Quapropter nō  
& ego Supereminens Tuum, Maxi-  
morūq; Majorū Tuorum **ILLVSTRIS**  
**SIME DOMINE** exilibūs definitio  
paginis Nomen; & quia hoc in easdem  
translatum advertis, Sæculorum crede  
syngraphum, fidem perhibens: Vestrae  
immortalis Gloriæ attentari semper,  
nunquam posse comprehendi Magnitu-  
dinem.

P-18-f-285

20-829



# S U M M U M

## PRÆSVLEI HONORIS

*per Tordrem licentiam*



Inter festivos gestientis Ecclesiæ plausus,  
quando universa Orthodoxorum non si-  
ne læto tripudiantis júbilo cordis in gra-  
tulatorium præana solvantur Agmina,  
nec quispiam reperitur ejusmodi, qui in Phæbeo hoc  
triumphantis Tuæ Excellentiæ Theatro arcanae cum  
Benedicto studeat reticentiæ, etiam Studiorum Mater  
Universitas Zamoscensis Tua Protectione, beata; ut  
sefe hodie tam Magno vectigalem exhibeat Nomini,  
inq; publico demonstret, quid privatus ejusdem inter  
Scholastica pulpita diu coxerat amor; Fasces attollit, &  
populari Fidelium, ipsa quoq; Panegyricæ laudis clarif-  
sima.

lima instructa emphasi, permiscetur Turbæ. ILLUSTRIS-  
SIME, EXCELLENTISSE & REVERENDIS-  
SIME ANTISTES. Quis equidem intra domesti-  
ca Camænarum Propylea ingrati vecordiam nutriet  
animi, quis Lentulus in stadio se proprio metiretur pe-  
de, ne alias Gigas vastâ saliens decempedâ, in plebis  
orchestram incideret: quis inquam non Te, Io Trium-  
phe! Io Pæan! concinens supra Apenninum ferret, nisi  
forsitan ille, cujus tacito sub pectore vesanus latitat  
livor; vel Sacræ Tuæ, quam revereri debet, adversatur  
Eminentia, a Quirino hoc nonnisi solò discrepans Bru-  
to, quòd Augusto ille Mæcenati Iulio, hic Faventissi-  
mo tibi insidiatur PROTECTORI. Nempe Divis  
Auspiciis, & singulari CLEMENTIS VIII. favore  
Te nobis donatum novimus: Te inquam plus quàm  
Erythreâ, quia Cælo suppar noctâ pretiû ex Piscatoris  
Annulo Gemmam: Principem ex Vaticana Petra, ut  
nostris dulce Decus præsidium adesses Sceptris, acce-  
ptum referimus Adamantem. Magna hæc profecto  
Sarianæ Universitatis gloria illam Beneficiorû nancisci  
copiam, quam rara: illa Protectricis gratiæ excellere  
dote, quam obtinet nulla. Ponat suæ fiduciam salu-  
tis in magnanimis Gens Pelasga Heroibus: Togati Qui-  
rites in Scipionibus, animosiq; sperent Camillis: uta-  
tur placidò Dardania somnò, hastato secuta Pelide:  
vigilibus Hectoris felices excubijs Sacri Laomedontis  
nuncupentur Penates: nostræ Te Conone longè felici-  
ores existunt Athenæ, tot suæ fatales integritati Lysan-  
dros, quot dentatos & famæ graves evitando Theones.  
Iam non pertimescimus mala, quoniam Tu nobiscum  
es. Iudimus Sydoniò quodvis adversum cachinnò; &  
licet Steropum ministeriò cusæ glandes, missileq; fortis  
ærugetæ in nos desæviat ferrum, non gelidum inde  
concupimus pavorem; pro quibus unus contra omnes  
insultus Arcu Sagittâq; Victor ades Pancratiastes. Fu-  
erit quondam Cæsari contra viginti quatuor graphya-  
rium

rium ficas: Tyrinthio Alcidae stricta contra Euristhæū  
rhomphea, nobis Tua sufficit Protectio; qui velut al-  
ter non unâ Civicâ dignus, cū Tibi Triumphum,  
nostræ Reipublicæ securitatem provides Sicinius. Non  
miramur jam, Seleuco mirō naturæ artificiō insculptā  
Anchoram bonum Sirix rebus omen causasse: cū nos  
ipsi non modicum de Gentilitio Tuo **ILLVSTRIS-  
SIME DOMINE** proficiamus **INSIGNI**, vota, & optati  
consciam eventūs in eodem ponendo fiduciā, tantō  
majorem, quantō certiores simus, Te Augustum sem-  
per æstimare Marones. Nec præsumimus, quod:

*Integer vita scelerisq; purus*

*Non eget Mauri jaculis, nec arcu,*

*Nec venenatis gravida sagittis*

*Pharetrâ:*

cū juxta Lyrici effatum: *Dij nonnisi evum dicantur agere securum.* Imò si Dijs etiam ipsis adstruenda securitas: quasi verò nesciamus; quomodo ferus terræ partus immania monstra Gigantes, quibus mille datæ manus; arma in Superos moverant, & Magnum bellō sollicitaverant Iovem, adeò: ut fulmina de Sacra Cæli jaculando Arce, vasta in suos Authores venire debuisset pondera. Viderat hunc Sacrilegum non ita prisca ætas ausum, viderat inquam impiam hanc in nos ipsos Gigantonomachiam, ausuram plus ultra, ni Vestra **PROTECTORES** Illustrissimi eandem compressisset, & sua repetijse spelea cōegisset dextera. Et quid ni Tibi nostra Phæbo Musisq; devota adaperiamus pectora; quidni festivum epiphonema **PONTIFICIÆ** Tuæ canamus **EMINENTIÆ**. Addit calcar & stimulum, ut in obsequium nostra Tibi litemus ora, ipsa etiam Tui non unius Iliadis capax (& ut vera loquar.) Sydereā Virtus. Magnus enim Tibi & sublimis animus est, humi quid sit serpere, nec novit, nec unquam potest; qui recti tenerrimus amator quidquid attentas, stellarō dignum Olympō, quia probum & probatum,

quia recenletur Sanctum. Non invidemus invicto  
 Nunidæ Solis retroacti prodigiò univèrsùm quondam  
 in admirationem rapuisse Orbem, cum Tu ipse alto de  
 Cælo motum (præterquam quòd sub parvo accidenti-  
 um immensum coarctes orbe) Mysticum Iustitiæ So-  
 lem, inquam **HIERONYMVS VENCESLAVS,**  
1 2 3 4 7 3 10 2 8 13 13 6 11 17 5 16 15 4 12 12 20.  
**HIC IESVM ANNVLO SERVES:** ut jam fidem Hypo-  
 ponensi facias Oraculo: Præmium Virtutis ipsum esse  
 Deum promulganti. Pulchrum hoc est certè Augu-  
 stæ Divùm Propaginis Xenium, tantò nihilominus pul-  
 chrius, quòd non fluxo mutabiliq; debeat tempori,  
 solam sibi coævam æternitatem habeat. Nam quid  
 sunt Phocioni propter innumera in Patriam beneficia;  
 propter summa virtute ac prudentiâ administratam de-  
 cem annorum spatiò Republicam 360. Phalereo po-  
 sitæ ab Atheniensibus Statuæ, cum in illas malè feriat-  
 us vesanæ eorundem invidiæ valeat livor; deiciat,  
 Hesperioq; tradat insepeliendas cineri, atrox diluenti-  
 bus facinus animis hoc non nisi præbendo solamē, quòd  
 non Virtus, ob quam illæ fiunt, abeat in ruinam.  
 Fulvò rigentes aurò, Quiritum Columnæ, Ægyptio-  
 rum Pyramides, Rhodij, quos olim Triumphatoribus  
 stupenda erexerant mole, fatis obnoxij Colossi, suo-  
 rum Polydamarum facta dum pensant, prensant, citi-  
 us corruendo, ne alias ex diutius stantibus tera for-  
 tissimum in Herdèm animadvertat posteritas. Obsi-  
 dionales, Navales, Triumphales, posthac coronarium  
 nuncupatæ aurum Potentissimis Imperatoribus pendi  
 solitæ non bene sæcula mensurant Coronæ: volubiles  
 sunt, in punctum desinunt, ut tandem commodius,  
 edacis rerum teredinis allaborante sævitiâ, in puncto  
 d. pereant. Tam infirma solidæ Priscorum virtutis  
 donaria, Tibi **ILLVSTRISIME DOMINE** cum i-  
 pse Præmiator & Præmium simul cesserit **DEVS:** ô be-  
 atissimum Sæculum! ô felicitatem nulli secundam!

Probos;

Probos, Æmilios, Pompejos, Valesios jam exæquaveris, nobili hōc insignitus Trophæo. Quid amplius Tibi necesse, nisi ut novus Sarmatarum Aratus, non jam Acrocorynthum, sed SACRI PRÆSVLEI SVMMVM, quod in ILLVSTRISSIMÆ DOMVS Tecum provehis ANNULO; modò conscendens Honoris, cū plautu, & cordium basilico excipiaris choreumate. Moves ad hæc & pellicis cæteros, sed nostram Vniversitatem maximè; quæ quantò diligentius Protectricem Gratiam, Magna; Tuas perpendit Virtutes, tantò magis integra festiva solvitur in gaudia. Iam igitur amplissimæ Sacri Tui Habitus advolvitur synthesi, idem PRÆSVLEI HONORIS SVMMVM, nō quod imbellis & demissa observat, sed quod Merita, & ipsa Illustrissimæ DOMVS Tuæ in Annulo demonstrat SAGITTA, devota laudum emensura Apotheosi. Plura hæc, quàm vires suppetunt, audere videtur: proinde, quòd si eandem à proposito deviare contigerit, aut consona Materiæ styli defuerit majestas, noveris ANTISTES Illustrissime id Te ipsum facere, nempe: ut Sacra Tua singula transcendens nunquam parem habeat Eminentia.

Summa fastigiatae Eminentiæ Acroteria, quanquā à plerisque; nō rarò bonis cōscendi videantur Avibus, nō ita nihilominus firmum ac immobilem in sese retinent passum; ut non aliquando (quod summum Virtuti ludibriū est) lubricū eundem experiri faciant. Equidem non est perpetuus ejusmodi qui acquiritur honor. Proferuntur in subime innumeri, & dum se se perennaturos autumant, ò infortunium! decidui terram quatiant; proni repetitis ex alto indolendo suspirijs, quòd aliquando iisdem eminere contigerit. Non secus ac Fabij; qui Achaicis vecti quadrigis, modò stantes in curribus Æmiliani, modò semidei Heròes, jam axē, frangente fortunā, similes hominibus terram incolunt, qui dextrā predebant Olympum. Aut Pompejus

effigiem nō temerè pingente ethymo, Magnus, totus à  
suis prostratus Iulij, quem Victorem major minorq;  
Vr̄sa ferebat. Adeò incertā sunt, quæ scanduntur Fa-  
stigia: multis cedunt, plurimos cedere jubent, utcunq;  
ferenda, si indebitè aut ausu sacrilego veniretur ad illa.  
Vt nonnunquam eminendi avida mortalium patitur  
conditio; cui os sublime datum, Cælum non tantum  
tueri, sed petere mandat; usq; deq; quærit modum,  
ut ad Solem volitet. Hinc pleriq; ut aliorum rapi-  
ant oculos, erumpunt, fatuo in nullo absimiles ignis  
aut rabidi fulminis more, suffragantibûs Phæbi radijs  
in altum rapti crepitant, etsi sciamus ex terra ortos.  
Hic sublimem sibi erigit Colossum, nomen Planetarum  
imponit Principis, ut saltem ab imperitis Rhodijs sui  
admirationem extorqueat. Sidera ille emendicato  
petit currus; ut ad minimum tunc conspiciatur, dum  
cadit. Aut Ephesia accendit delubra, putans se cum  
fumo elevari posse, & ad flammās videri. In ejusmo-  
di Honorios si mare, si venti, si ipse conspiret Erebus,  
parvum ex magno intentato ausu prodigium. Sed  
Marios, quos septies Consularibûs Fascibûs insignitos  
viderant; cum summo Quirinæ opprobrio Gentis, in  
Canna locari palustri: sed Mytridatibus, quibus toties  
Acrocorynthus extiterant; quò sublimiores, eò fune-  
stius stratagema strui: sed Camillos Romanæ Asserto-  
res libertatis exilio dari, ô infaustas vices! Nempe for-  
tunæ hoc inconstantis ludibrium est: dum in summa  
attolit, tollit, dum honorat, onerat, etiam in ipsa sui  
levitate cuilibet gravis existendo. Solvit fidem, dum  
maximè obligat: in meridiano Augusti honoris sudo  
tetra fulmina condit, tacitè Felicianos submonens: ne  
se se felices appellent. Cautè Terrentij Varrones; qui  
plaudente & approbante Roma, Fasces & Secures eâ-  
dem gestatis manu, quâ olim Asciam in macellaria  
Patris scitè gesseratis taberna. Cautè pretioso Persarū  
diademate insigniti Darij, Cyri primū Pharetro-  
phori



phori, & Lictores: Cautè inquam Regale possiden-  
tes Solium Cincinati, quibus ante ipsum non nisi, quod  
adunco scindere debueratis vomere, fuit hæreditas so-  
lū. Rumpitur potissimū qui sic intenditur, arcus: specio-  
sum hoc Symposium propriâ cerussâ nobile delicatum  
est, diu retineri nec amat, nec aliquando valet, fortî  
idem quòd si prenderis dexterâ, in cinerem, in quo tua  
sepeliatur Eminentia; resolvetur dolosum. Hic dies,  
qui repexo Phæbi crine tantopere irradiat verticem;  
non ita lucidus est, ut non atra caligine, & ipsi simili-  
mâ morti, terminetur nocte, tantum afflictis solatij  
præbendo, quòd non repente & subito, sed casum He-  
sperò nuntiante. Redit intra margines liquidum ele-  
mentum, quod fursum ascenderat. Decidunt ad ima  
ventorum actæ impetu atomi; quæ elatæ celsum con-  
scenderant Olympum. Non est perpetua pulchros  
mentita colores residens inter sidera Iris, quia repe-  
tente suum vaporem terrâ, in stillicidia pænitentis non  
sponte factus, dum unde eruperat, redire cogitur, re-  
solvitur. Ita est: nullus Honoris gradus fatis imper-  
vius est: à nulla Majestate procul est casus. Ludimur  
volucris fortunæ impetu, & ubi nobis securitatem pol-  
licemur, millena quæ non rarò prætexit, experimur  
infortunia. Diu te in trabea beatum cave dixeris; su-  
premas quas donat, aufert illa Mitras, larga præmia-  
trix & invida simul, maximè sibi timens, ne plus solitò  
Artabanis favendo, malè apud Prænestinos audiat.  
Nihil solidum protensius longi temporis jubet vendi-  
care spatium: solis cuncta innituntur casibus; & quò  
sublimius quidpiam surgit, eò citius & rotæ Ixionis  
adinstar, traducit ad occasum. Invieta singula ad in-  
teritum cogentium fatorum series: excelsis, & quæ su-  
pra Tarpeias enituerant Arces; prærupta adjacent.  
Semper quod est Summum, proximum casui: summos  
feriunt fulmina montes: parvas terebynthos humilesq;  
abfolvunt myricas: Cælum ipsum, quò nihil altius oc-

currit aspectui, fatum expectat. Potest certè Laomédon suum retinere Ilium, sed eòdem diu gloriari nullatenus. Potest Leonides ex Xerxe Helle(s)ponso terribili, victorià potiri, sed triumphalibus, quas legerit; non diu gaudere Palmis. Potest inquam Demetrius trajectò Euphrate, Babyloniam occupare, Athenas a Cassandri & Ptolemæi gravi redimere imperio, rebelles in deditiorem accipere Bæotios, insuper ipsum ab oppugnatione Thessaliæ reprimere Pyrrhum, sed vincentes, & sese vincientes Antiochi non evitare manus. Desituuntur Clavà Ducali Bellizarij, quàm olim Vandalis Parthi; deletis inclaruerant. Cæsar tot trophæorum compos, quia Gallicis, Africanis, Ponticis, Alexandrinis Triumphis celebris, maximæ Terrarum Partis diu Dominus, Cassij & Bruti conspiratione, viginti quatuor adactus pugionibus, in Amplissimo Togatorum Patrum Confessu, ubi scelus esse tyrannum, Thronò & ipsà detruditur vitâ, alias securus. ni quid sit Eminentia, nosset. Minus utiq; in parvis fortuna furit. Non veretur Hesperia sonitum ruinæ in imis consistens: nec Icarus elementa aptato confundit casu, qui extractis ope Dædalea non nititur pennis. Et Macrinus milionem exercens ludibria effugit, antequam sic vota disponente Numine, rapitur in Cæsare. At qui summa Dignitatum resident in Auge, auris continuo impetuntur & Euris, exagitantur, infestantur, adversis eousq; trudentur impetibus, donec bellè experientium attritis fractisq; viribus, nicticantis in aëte Phenomæni instar decidant, & transparent, ceu papilio in vitro.

Procul à Te hæc bifidæ alea sortis ILLUSTRIS-  
SIME & REVERENDISSIME DOMINE VENCE-  
SLAE in Bogusławice SIERAKOWSKI, ANTISTES  
PREMISLIENSIS. Summum quidem est PRÆSV-  
LEI quod conscendis, HONORIS, sed à Vertumni  
Numinis malè fegiato alterum arbitrio, vices ignorat,  
nisi

nisi illas, quæ Te ad altiora disponunt, meritis & tot  
pro Patria susceptis laboribus Magnum, Virtute Ma-  
ximum. Nempe solius Virtutis non fortunæ hoc su-  
blime PRÆSVLEI HONORIS Culmen est, neminem  
præter virtuosum & emeritum admittit. Hinc utpote  
Illustrissimorum & Reverendissimorum Antistitum  
vestigijs tritum, Te quoq; sibi exoptat, quia Premisli-  
ense, magna de Te non vanè præconciendo, quod  
nimirum, qui Livonis & Camenecis ad invidiam, illi  
ad stuporem præfueris, vel hoc ipso non minimum  
gloriæ Nominis ejusdem profuturus, quod illum AN-  
NVLO beatum Polycratem sibi habeat; quem brevi  
Summis, & Te jam præstolantibus valeat despontare  
Honoribus. Imò quid annulo felicem Polycratem  
memorem; ille huic à fortuna, idq; in pœnam datus;  
Tuus à Virtute Tibi in amplissimorum ampliationem  
cessit Honorum, vel ideo Vestræ SIERAKOWSCI-  
ANÆ DOMVI hæreditarius, quia omnigenarum Te  
dignarum qualitatum & Virtutum Hæredi.

Procedis Serenissimi Poloniarum REGIS AVGVSTI  
Ill. passum prosperante Clementiâ in hanc Pontificiæ  
Eminentia Augem; quam Tibi Ipse in Illustrissimæ  
DOMVS Tuæ defers SPHÆRA; depromptam non nisi,  
non noviter & primò adventitiam, utpote qui Regū  
Sceptra, Principum Mitras, Episcopales Insulas, Sena-  
torias Curules, Ducales Clavas Vobis inquilinas habe-  
ris. Exultat Honor, applaudit Dicecesis, occurrunt  
euncti, gestiunt Vniversi. Arcus, Statuas, Septizonia,  
olim pessimis, etiam turpi adulationis obsequiò eri-  
gi solita, non effabulant, corda non nisi adaperiunt;  
in illis Tibi securum domicilium, reverenter nihilomi-  
nus exhibendo. Referat ipsa Basilica Portas, ut San-  
ctam Sactissimus ipse ingrediare Aaron, supra modum  
Tanto PRÆSVLE felix, cui gaudium verba eripit,  
silet, tacita quadã tantūmodo expressione sibi gratu-  
lans, à DEO Te Deodatum suppositura, nisi SIERA-

KOVIVM sciret, eò lætior, quò Te primum hujus  
Nominis habeat ANTISTITEM. Diu illa cogitabat,  
ut Te Lechiæ Columnen in sui traxisset vota; modò o-  
ptatùs potitur, cum post Nervam illum fortitur Tra-  
janum, qui crepta Patriæ toties restituens desideria,  
innumeris eandem eò pulchrius, quòd ab antiquo  
auges decoribus.

Pleni sunt Vestræ SIERAKOVIANÆ Gloriæ Fasti,  
festi non ad mendacium compositò calamò notandi  
vel ideo, quòd nil ejusmodi, quòd æternam inurat  
maculã, habentes, atro nunquam, rubro semper colo-  
re pingantur, illos semideos Sæculis exhibentes Heroas,  
qui; ne dulce natale Solum Patria erubesceret; propri-  
o non semel rubuere sanguine. Indicant MANVS  
& sine voce licet, vivis nihilominus quid egerint,  
quovis Stentore vocalius personant factis. Mutij eas-  
dem dicerem, ni Vestras Magni SIERAKOVII citra  
dubium nossem, cum hoc tamen discrimine: quòd  
ille unam & erroris consciam igni dedisset; Vos binas  
nunquam proprijs elusi votis, Vestræ litastis Patriæ.

Perfecere hæ totum, quidquid salutare visum, in fæ-  
dera stipulatæ toties, quoties adversus & fræni penè ne-  
scius grassaretur Mavors, tunc tantummodo liberæ, cum  
aut Victrices victo de hoste legendæ Palmæ, aut viri-  
dantes madidæ fronti erant imponendæ corymbi.

Iam contra invisos Patrio Cælo Gigantes jaciebant ful-  
mina, loves Vos SIERAKOVII probantes, quòd, ne  
quidquam ejusdem læderetur integritas, prospexeritis.  
Imò nec fulmine gladiòq; solò, etiam pennâ minaces,  
non unum Saluti Patriæ imminentem proscrispere Ca-  
tilinam, docentes alienos revereri Soles, qui proprijs  
infensus fuerit. Habet cerrè Patria, pro quo dulci has  
donet & veneretur osculò MANVS; quibus in plu-  
rimis millies portata discriminibus, fatalem nunquam  
incidit in lapidem, noxias sibi offas & offensiones  
evitando.

Quid

Quid de ANNULO: quàm felix, nimiùmq; fortu-  
 nata ad hanc Rotam Patria! hâc è medijs fati ere-  
 pra faucibus, toties processit in altum: in hac non se-  
 mel proprias collegit vires, eludens pericula, alias in  
 ludibrium iisdem abitura. Servituti Antiquis ( si  
 Petrasantæ tribuenda fides ) solum Annulus: Pa-  
 triæ nobile Trophæorum exitit Insigne: quò orna-  
 ta, cum Pompilijs & Tullis quondam in Capitolio  
 Honoris stare non erubuit. Latuit in hoc non uni  
 Annibali venenum; quò ob malè sanos ausus pænitu-  
 dine ductus absumeretur, funestam mortem sibi, vi-  
 tam Patriæ relinquendo. Nec hujus expers perfidus  
 Othomanicæ Ixion Lunæ, toties eundem sibi pænam  
 sentiens, quoties superbo elatus fastu contra Sarmati-  
 cum quidquam moliretur Iovem. Torvo ille horri-  
 dus aspectu propria minabatur cornua, jam audax Sar-  
 maticos bacchans per campos, sed laqueum se Vester  
 opposuit Annulus, insolentem domuit, cum vivum e-  
 vadere non permisit, eousq; miserum non sine ejulatu  
 angustians, donec infelicem animam jam effleverit,  
 jam efflaverit. Adeò generosum nec minæ deterrent  
 animum: ignavia est venientibus non occurrete fati:  
 timidi tantummodo vitant discrimen, fortes invitant:  
 nil arduum animosis pectoribus; quia nihil magnum:  
 subit fortitudo pericula nō pondera: nō frangunt fortē  
 sinistra, & nihil timet, qui omnia audet.

Tales Vos demonstrastis Magni SIERAKOVII:  
 hinc Vester ANNVLVS illum sinuatus in Arcum; qui  
 fatiùs Zodiacus dici meretur; in quo Serenissimi Re-  
 gni Soles toties meridiare visi, Vobis unicè imputan-  
 tes, quòd semper sine exitiali sibi Bonoq; publico ec-  
 clipfi. Maximè enim Regibus infensa fortuna est.  
 Nititur noctis amicus papilio, ut lucem extingvat: &  
 nebulæ ut Phæbi claritatem impediunt, tollantur in  
 altum, quanquam cum majori dehonestamento, quia  
 citiùs quàm ascenderint, casuræ. Felix certè Vestro

ANNULO SIERAKOVII Patria, sed SAGITTA fe-  
licissima, quā fulmen hostiū dicerē, ni sursum ascen-  
deret, Cælum magis expugnando, quàm inimicum  
feriendo. Novimus quam Gigantonomachiam in-  
stauratis Enceladi; nempe scitis proximum Vcalegonta  
non formidare Patriam, quoties ardentes ad Superos  
concitantur affectus. Plus profunt precarij ad Cæ-  
lum missi quàm Martiales Reipublicæ globuli. Faci-  
lè expugnantur hostes, dum Cælum Orationibùs im-  
pugnatur, & tunc feriuntur maximè, dum jaculato-  
rijs suspiratur actibùs. Vincit ad prodigium, cum  
Sacris interest iagello.

Ideo summa Vobis gloria sic defendisse; licet hæc  
etiam documento monstraverit, quid pro Patria valu-  
isset. Vidit Vos toties non sine dulci solamine Sar-  
matia, quomodo Aleones hæc contra Dracones decer-  
taretis, non Scythæ, scitè tamen & strenuè, tot salutis  
eidem propinantes; quot hostilis fundentes sanguinis,  
veri Sicinij per calcata hostium capita incedendo.  
Quippe non alijs Vos nisi Bellonâ Matre Gradivòq;  
Parente progenitos novimus, quid mirum, si nihil  
præter Heroibùs digna agitis. Non procul à proprio  
stipite poma cadunt: creantur fortibùs fortes, stirpemq;  
primam non de gener sanguis refert. Non potest non  
magna patrare Alexander Macedo, quia Magnò ori-  
undus Philippò. Hercules quia Supremi Iovis & Al-  
cmenæ Filius, monstra domat, & sepeicipes exanimat  
hydras. Audent non titulò tenus fulmina belli dicti  
Scipiadae, quos sui Genitoris non deslituit virtus, etsi  
hæc, dum maximè in natos derivari cupit, fallat. Ra-  
rò, siquidem bono succrescit Soboles Patri: ex nobilissi-  
mis quandoq; arboribus inutiles plerumq; excresecunt  
stolones: accidit quasi quòdam fatò à Viris egregijs im-  
probos proficisci filios. Sæpe exlympida fontis ori-  
gine uliginosæ profluunt paludes: sæpe ex magno Gi-  
gante parvus surrexit pigmæus, & multi sunt, qui ni-  
hil

hil Patrum, nisi Nomen habent. Attamen, quasi quid ad gloriam proficit, dici non esse, Illustrissimas ja-ctant Cunas, ipsi ob improba cuneò digni. Magna al-legant Nomina, de quibus nulla omina: Solia indigi-rant, soli in quo gressum figant, incapaces. Nil pro-dest pontice longo Sangvine censeris: frustra Allobro-gicis, & magnâ gaudet Arâ natus in Herculeo Fabi-us Iare, si cupidus, si vanus, & Euganeâ quantumvis mollior agnâ.

Vos ex Magnis Magni, ex Virtuosis Virtuosi, ethy-mum non pingitis, quibus ipsa Virtus Apelles, Vos eò pulchrius delineans, quò magis cum Originali con-cordatis. Scilicet Illustrissima DOMVS Vestra SIE-RAKOVII nil humile, nil obscurum unquam admit-tit; in qua Dij ipsi, si iterum possent nasci, vellent: æ-mula Syderum, ipsi similima Polo. Imò exsuperans: quid enim hic tam magnificum, quò superbiat, habet. Si Ioves, Phæbos, quos olim nimis religiosa vetustas Sacris dignabatur Pulvinaribus, sibi adhærentes in immortalis gloriæ, & laudis tesseram monstraverit, e-tiâ scorpiones, ursos, & alias nec stabulò dignas offen-dat feras. Nec hinc, unde sperat, aliqua ejusdem excellentiæ: quasi verò nos lateat: quibus Delius ac-census flammis ad Pæneum flumen sudaverit, ut Da-phne laurus fieret: aut Iupiter inter Sidonias juvenças mugiverit, ut mare formosò oneratus furtò tranaret. Si animatis Sapientum spiritu gloriatur siderum imagi-nibus; has plurimas telluri debet: quòd Callisto & Arcas, ut stellæ fierent; surrepti edocent. Amplissi-ma Vestrùm SIERAKOVII Domus non ementitâ glo-riâ turget, non alios præsentans Heroas, nisi illos, qui omni exceptione noscantur majores. Epaminondas, Leonidas, Pompeios, Camillos profert: unos ut glo-riam deportent Patriæ, alteros ut salutem: hos, ut pe-ricula arceant, alios ut miseram liberent, ipsam etiam, ut illa vivat, vitam litantes. Et bene: non Vobis

D



uiq;

utiq; vivitis, sed Patriæ. Gloriosum Patriæ impendere vitam, nec sibi, sed toti genitum se credete Mundo. Non nobis soli nascimur, maximam illa nostri partem vindicat: redimenda privatis damnis publica Felicitas. Non potest se beatum dicere, qui se tantum intuetur, omniaq; ad suas utilitates convertit; alteri vi-vas, oportet.

Scitis hoc Magni Heròes; & illicò perficitis, Unde jam nunquam non potestis Vestræ non bene facere Patriæ, quam tantopere adamastis, ut non minæ, non terrores, non pericula Vos ab ejus valeant deterrere amore. Frustra Hectori innumera Danaorum obijetur multitudo, ut Trojam suam, cum qua in utraq; fortuna crevit, deserat. Non remonent Achillem à Græcia excussæ Trojanorum, & velut agmine facto in humanam perniciem ruentes sagittæ. Magis adhuc sese carissæ inviscerandos autumant Patriæ Curtij, cum profundæ pro illius amore devoentur abyfso. Excandescit Codrus, dum ei non citra adulationem, ne induto gregarij habitu in hostes pro Patria irruat, persuadetur. Vos SIERAKOVII attenditis, ne quidquam, quò de Patria mereri possitis, omittatis. Est alijs Augusti discretio Sanguinis, jubent, non rubent, ad minima pericula exsangves, intra domesticos sese asservant lares, hoc maximè cavendo, ne pretiosi vel unica depereat gutta. Quærunnt umbram, ne Martialibus adusti ignibus, aut viribus languidi concidant, aut fumò pavidam evocante animam atrocibus cedant facis. Recondunt in vagina ferrum, ne hostili conspersum tabò aut ferruginem patiatur, aut soli ejusdem percussu fulgore cæcutiant. Sagum indui velamina ferunt, concitatum in Arena Gradivi pulverem formidando, ne colorem mutet, vel inter hostiù versatum turbam atteratur, Togati satius meliori appellâ li titulò, quò lani strepentibus, cardinibus, ipsi, acsi aranearum telis obsitus stridat, tela abijciunt; qui nihil  
pro



pro pace egerunt; contenti, sub pacis amicæ oleis recu-  
bare. O ignaviam non ejusmodi discretionem! Cla-  
ritudo Generis res sanè præcella est, tunc nihilominus  
maximè eminere conspicitur, cum gloriosis innititur  
actionibus. Corruptitur æternâ allaborante infa-  
miâ altus Sangvis, qui sic conservatur; tunc nonnisi  
valorem, & maximum incrementum sumens, cum pro  
cara uberius perfunditur Patria. Animant melius  
Promethæ ignibus indolem Mavortis incendia, non  
langvidam efficiunt: imò Illustrissimæ inter ejusmodi  
accensas tædas fulgent splendidius Cera, non defici-  
unt, secus in latebris cum Virtute tumulandæ. Expo-  
litur magis Phrygius, dum capulo tenus in visceribus  
Turni abditur ensis. Patitur æruginem nunquam,  
quoties Euristhei contra Alcida vibratur gladius: &  
Sagum tunc famæ præsagum liberum à tinea, cum  
continuum in usu Mavortis existit.

Procul hæc ab AVGVSTA Vestrum maxima. In  
Moravia Vos Antiquissimâ, quia primo sese continu-  
ante ab Inacho oriundos Protapiâ Sæcula testantur,  
Alto vel ideo conspicuos Sangvine, quia in Celsissi-  
mos Principes, quia in sydereos Serenissimorum Regū  
defluo Thronos. Cælestem Eridanum dixerim; in  
quo Serenissimi Regnorum adeò sibi complacere So-  
les, ut non aliunde, quàm ex illo ad Solia prodire malu-  
erint, tunc sese modoprimum maximè Augustos pu-  
tantes, cum illius purissimis loci extiterint undis. Non  
unò hic rivulò, sed Nili defluit ostiis, universum Orbē  
& Patrium, quâ latè patet, alluens Cælum, Ærythrâ no-  
bilio, illas semper protulit Gemmas, quæ proprio Cæ-  
lum transcenderent valore, Coronis nonnisi & Dia-  
dematibus aptissimæ; quanquam & salutarem sese non  
semel exhibuerint medelam, non obvijs nihilominus  
aut quibuscunq; , sed solis, quibus Patria staret; Anto-  
nijs bibendam. Quemadmodum arrisit hic Magni  
Vestri Sangvinis Annis SIERAKOVII Patrijs Dijs;

ex quo quidquid nectareæ Patria dulcedinis, quidquid ambrosiarum universus nanciscitur Orbis, habetur. Ad hanc Amaltheam Sarmatici nutriendi concurrerant Ioves, ut auditi fuissent Tonantes. Saturnus quoties voluerat autò Patrium pluisse Cælum, hinc influentias, & alia cataracta sumebat. Nuntij Deorum Mercurij Magnalia Exteris locuturi Nationibus, hoc ex Fonte fandi conquirebant copiam, nil aliàs sine voce, sine sono stantes dicturi, ni hujus affluentiam habuissent. Mars ipse terror hostibus, terror sibi, quem adversa toties examinabat & exanimabat potentia; ne hostes victurus hostium fieret præda, hac se Aquâ benedictâ signabat. Tantus Vestri Sangvinis valor SIERAKOVII, eò major, quòd statem à prima sui scatebra talis. Multis etenim originem suam tegere placet sufficere ratis, in quam excreverint amplitudinem, Nili adinstar, qui cùm vastò alveò decurrit, fontem occultat, vel ad Paradisum, quò quidpiam Divini adstruat, refert. Tales in sui Honoris Templo cætera Simulacra videnda exponunt; primum illud originis Idolum in ipsis aditis servant, fide non oculis colendum, ne patentis gloria minuatur, aut fiat contemptus. Vestri Generis Origo omnem crism supergressa, & sui secura, cunctis patet non minùs veneranda, quàm timenda, ne splendore obruat perscrutantes. Certè Divùm hanc DOMVM quòd si nominavero, Vestræ prope Divinæ minimè officiam Virtuti, quæ tacitâ quadâm vi singulos in sui admirationem rapit; vehemens utpote innumerarum gloriosarum actionû sensibile curiosiùs solitò sese intuenti palpebræ non sine pœna, abundas ab imo præcordiorum elicit lacrymas, ut doceat SIERAKOVIANÆ Gloriæ Majestatem sine Sacrilegio conspici non posse, optimè verò & sine culpa, si demissa mente petatur. Fulgurat dum fulget, micat dum dimicat, quia cunctis in exemplum posita, ita nihilominus imitabilis; ut attentari semper, nunquam

nunquam adæquari valeat? In Cujaviensi & Lenci-  
cienſi Palatinatu ſita vel ideo, ut ſciatur unam Philip-  
pidæ non ſufficere Macedoniam, alteram quærit more  
Columbi; qui Orbis univerſi non bene contentus pe-  
ripheriâ, novum involaverit. Sic magnas Virtutes  
uno eodemq; loci ambitu contineri difficile; amplio-  
rem illæ requirunt calcar gloriæ paſſæ. Illuſtres Phæ-  
bi deſudantis radios angulis præſſe parum eſt, Orbem  
ſibi vendicant. Supprime ut vis, hæreditarium tibi  
reddere volens, elementum ignis, non poteris: aliam  
petit omnino Sphæram. Non ſiſtitur inter conclavis  
anguſta privati vox Stentoris, patentes vagatur per  
campos, & multa reſonat per nemora. Ornat Ro-  
mam ad normam recti compoſitîs moribûs Cato, ſed  
& Vticam incolit; à qua nomen acquirit. Trajanus  
Orientem Occidentemq; implet, utriq; propter rectè  
factorum gloriam natus & notus. Nec Druſum ſuf-  
ficit ad Vaticanam reſonare Petram, quin etiam ad  
Rhenum audiatur. Quantus ex Vobis illis Palatina-  
tibus plauſus; intra exiles hartarum comprehendi ne-  
quit margines: ſufficit dicere, lætitiæ adeò ſe exceſſiſſe  
torrentes, ut in vaſtum abiſſerint Oceanum. Aſſur-  
rexere Palatinæ Curules, & Vos non jam invitârunt;  
quos Scep̄tris Lucina reliquit, ſed pronæ veneraban-  
tur, ſummè exultantes, ſe illos viſiſſe, qui imperia da-  
rent, & libera regerent corda. Attollitur Cælum verſûs  
Nobilitas, & quid dicat pene neſcia, Vos Patrios affir-  
mat Deos, quâ Virtutis Veſtræ magnitudine, ac Olym-  
pò preſſeritis. Gaudent Eccleſiæ, gaudet Univerſa Chri-  
ſtianitas, illos ſibi exoriri Propugnatores; quibus ſecurè  
propriam concedere poſſit ſalutem.

Tanta Auguſti Veſtri Sangvinis, tanta Veſtræ Ma-  
gnitudo Virtutis, ut cunctorum venerationem, ſingu-  
lorum æſtimationem meruerit. Sed moveruntne Vos  
quidquam Illuſtres Cere, cautiùs ſeſe aſſervandas in-  
ſinuando, ne inter Mavortios diffluxiſſent ignes. Mo-

vitæ Altitudo Sangvinis, satis datum esse Heroicæ  
virtuti, ne aliàs in continuo existentis motu fatisce-  
rent, aut penitus enervarentur vires? minimè. Tunc  
Vos maximè Celsissimos, tunc Illustrissimos putabatis,  
cùm inter ejusmodi Gradivi versaremini splendorès,  
utpote non inter fatuos, aut quos temerarius accen-  
dit Phæcton, sed quos ad magna natus continet ani-  
mus, nobilis, ut in medium erumpant, elicit Virtus.  
Tunc Vobis maximè videbamini vocales, cùm horri-  
sona tonantis Bellonæ audiretis Classica, tubam Famæ  
perennis non inscij certò putantes; quæ Vos Magna-  
nimos pleno sæculis buccinet ore, nunquam desitura,  
quia illi clarissimis rectè factorum operibus suppedi-  
tatis materiam. Non alia Vobis fuerat major, quàm  
Patriæ gloria; quam tunc summam non sine cætero-  
rum admiratione intuebamini, cùm Agrigentini &  
Empedocles maximè pro ejusdem integritate rueretis.  
Illius vita Vestra fuit; adeoq; non Vos virium, non  
proprii pænuit Sangvinis, quin illum, quoties Patria  
languebat, alacres & sponte perfunderetis, non Vobis  
Patriam, sed Vos Patriæ natos allegando.

Liceat hic Magnos Tui Aborigenes **ILLVSTRIS-  
SIME** DOMINE de Sepulchralib<sup>9</sup> suscitare bustis, imò nò su-  
scitare; qui in gloriosis suis vivunt superstitès actionib<sup>9</sup>,  
vivum Heroicæ Virtutis & veri in Patriam amoris  
testimonium exhibendo. Primus hic reverentialem  
vocatur in pagellam **ILLVSTRIS-  
SIMVS** VENCE-  
SLAVS de Bogustáwice SIERAKOWSKI, Vexillifer  
Brestensis, Princeps Regni Stylicon styli copiâ adoran-  
dus; Vir Herculeis viribûs natus Patriæ; qui prius ad  
Mavortios incaluit ignes, quàm ad lucem vitæ: prius  
gladium vidit quàm Solem: & vix è Materno solve-  
rat Portu, jam Portas Triumphales animò invaserat  
Cæsarianum in Cunis præcinens: Teneo te Affrica.  
Crevit Puer adulta virtute maturus, utq; fax exitialis  
hostili fieret illo, licet non Thraciâ Hæcubâ natus,  
Paridis

Paridis indolem contra rebelles Patriæ Troas cum an-  
nis nactus. Heros Tyrinthus Magnatibus familiaris,  
ut pote Magnâ Familiâ oriundus, Antesignanus Sa-  
tellitum & Virtutum, Ispirijs & ictu oculorum Astra  
everberans, castra metaverat, ubiq; Victor VENGE-  
SLAVS. Plaudebat Lechia nimis concinens hilari  
plectiō publicum ludum:

*Quis Parthum paveat, quis gelidum Scythen,*

*Quis fetus, quos Germania horrida parturit*

*Quis fera bellum curet Iberia?*

luctante pro me Theodosiō Tantō. Pro Fide contra  
Stymphalides & Busiridis Aras telō Mars, zelō Pompi-  
lius, totum cum Achille moverat Hellepontum. Ut  
hæreditariè in bonis Famam Dei stabilisset, in *Bogusla-*  
*wice* Hæres factus. Genus suum in Radice TARN-  
VIA feminavit, spinas in supinas Crucigerorum fron-  
tes Patriæ germinaturus. Idest verior Peleus Thethi-  
dem sibi de Stirpe TARNAWSCIORVM eligit, ad a-  
culeos & sagittas Pelides Sarmatiæ parturus. Itaq;  
dum fortes creantur fortibus, BALTHASAR & IO-  
ANNES gemina Sidera in Orbem prodeunt, Virtutū  
Paternarum viam capiunt, & sapiunt, ex norma Avi-  
tæ discētes vitæ: non est enim major ad Gloriam sti-  
mulus, quam Virtutes Majorum. Nempe Virtus à  
Viris derivata omnes in quibus est, Viros efficit. Ho-  
rum immortale occinat penna Decus, necesse; quorū  
Nomen Æternitas aurō in adamante sculpsit: non u-  
nus enim hosce Sarmaticos Pelides canit Mæonides.

Proinde assurgat BALTHASAR SIERAKOWSKI  
Præpositus Præmonstratensium. Flos hic Iuventutis  
Polonæ Palmam teneritudinis suæ Ararum violis inse-  
ruit, ut in Pastoralem pullularet Virgam. Rex cum  
Nomine natus, Sceptra Orbis Sarmatici deseruit, Cla-  
vam Christi gestaturus. Ab hædis sejungendus, Custos  
Sanctarum Ovium factus festivus Opilio. Erubuerat  
ad ejus vigilantiam ipse pallidus Morfus, incautum sese

armamentarium dicens, quòd unius juvencæ eustos eandem & caput amiserit; ille verò tot ovium Pastor omnibus præerat vigilantissimus. Dexter Miles Christi Sagittato ornatus Arcu laverniones truces mulcaturus: utq; Orthodoxæ Fidei feras promptius feriret, in Strzelno vitam militiæ dederat, donec ipse fatali Proserpinæ jaculò sterneretur.

Verùm cane Tuba Sæculorum Nomen vocale IOANNIS SIERAKOWSKI, Referendarij Regni, Castellani Lendensis Kalissiensis, Palatini Lenciciensis, Capitanei Predecensis. Honora Honorium in præcellis Fastigijs sine fastu: Propaginem VENCESLAI nullis myriadibus propagandam cerne & fecerne: quanta gloria Genitoris Emeritissimus Genitus: quanta lætitia Patri imminet, dum Filius eminet. Vt enim Magistri gloria est Discipulus prudens, sic tristi Patris senectæ gaudium est Filij juventus honorata. Regni Scipio illo Honoris gradu insignitus, ex quo arcanorum omnium Altitudo, Oraculum Majestatis sparsit diem meliori comâ, dum sub SIGISMUNDO AVGVSTO ad Mareschalcalem Scipionem concordi Ordinum vocatus corde. Hæc Virgâ non semel oriens cæsus Byzantinus, novum Attilam flagellum suum sentiens in stylo ferreo. Sensit quid mens ritè quid indoles, quid Paternus posset in pueros animus Neronæ. Possessor Probitatis nulla Bona Honoris publici prætermiserat; quorum Hæres factus Tutorem non gessisset. Nempe nulla illi summitas Dignitatum; in qua summam meritorum non locasset, primus Rex Gloriæ & Princeps, quia Dominus Virtutum. Atq; cum sit virtus assiduo mensuranda labore, verus Civis & Senator ut se capacem ad ferenda Patriæ ardua redderet Epaminondam, Referendarij Honoris sese ingessit manibus. Stupor Bellatorum, Cocles rediivus contra rhompheatos in Patriam Hetruscos, Codrus in Doricos Steropes visus, ubi integritas Lechica se ægram senserat, ubi jam  
salus

salus Polona cruentò tabò per Pontum hostium sali-  
ebat: rore sanguinis & ore Defensor; quæ Philippicis  
Quirinæ Fons Eloquentiæ non poterat, hic Demo-  
sthenes, hic Tullius Sauromatis tulit. Scilicet dum  
netarius Gedanensium Iupiter Sacras Gentis Polonæ  
jaculari tentaverat Arces; timens:

*grave ne rediret*

*Sæculum Pyrrha nova monstra quæsta,*

commotos tonanti Periculis fulmine compescuerat  
motus; iras rebelles imbelles fecit; vecordiam in con-  
cordiam; furores in amores convertit. Princeps Pa-  
triæ, post discessum SIGISMUNDI AVGVSTI huma-  
næ vitæ successit. Aureus Sæculorum Dispensator,  
dum licentiosus in Patriam exarserat miles, aureo si-  
tim restinxerat imbre IOANNES. Pro-Rex declamatus  
à Grege, Bonâ etiam sua dilapidavit, ut famelicis panẽ  
providisset: neve catafractus Heros inopiâ frangeret-  
tur, opes suas in exercitûs agmina longò dissipaverat  
spatiò. Et certè largienti nunquam deunt opes;  
quas avidi plus nimio assequuntur nunquam. Exsiccan-  
tur facilius cisternæ, quæ aquas tenent; quàm fontes,  
qui incessanter dimanant.

Successit tanto Genitori Nobile Germen Magnus Æ-  
neades Illustrissimus STANISLAVS de Boguslâwice  
SIERAKOWSKI, Castellanus Kowalscentis, Capita-  
neus Predecensis, & æternum in suas laudes Cytharam  
intendit. Pro Rege & Lege contra Encelados jaculum  
Tonantis: non evanidum Patriæ Gloriæ in juvena  
omen & Nomen. Privatæ quasi vitæ adhuc genus  
agebat, & jam per gravitatem & virtutum eximias  
dotes se ostendit ut Gemmam, in ANNVLIS Hono-  
rum, & inter cordis Monilia gestandam. Inter Prin-  
cipes Regni Senatûs radians Honorum Honor, Digni-  
tatum Majestas præstantissima. In prætexta Arcopa-  
gita gravior, & svavior: ad Præfecturas sublimatus  
Delphorum vaticinia conticinia reddidit suis Cælò

dignis Oraculis. Polonus Hector; cuius tota vita in  
ferro suum probaverat Spiritum; & quamvis Ache-  
ronte non tinctus, semper Magnum expresserat Achil-  
lem, ut quoties Bistonum protuderit cruorem, toties  
illi plures quam ad Spartham Eurothæ pullularent  
laurus. Impavidus Sarmatiæ Leonides Stemmatico  
accinctus Arcui & Zeugitæ, ritè Scythas cohibuerat  
Sagittarios, nec pede aciem cedens Paridi, triumphali  
Daphnide laureandus. Providus Vlysses Patriæ Ajaces  
ad acinaces, Macedones ad Essedum genuit Triumphali.  
Scilicet cum boni Liberi Gloria & Corona Paren-  
tum esse soleant; IANVSIVM, MARTINVM, & LV-  
CAM Magnos in Columen Orbi reddidit Alcidas,  
Grande Solamen, quod intra Metamorphoses Vatum  
erat, nunc extra fabulas est: simul multos & probos,  
atq; honestos habere Filios.

Prodit ergo in lucem Heros Martis, Herusq; Virtu-  
tum, Genitoris svavior Genius & Frons trinæ Coronæ  
Fratrium IANVSIVS de Bogusławice SIERAKOWSKI,  
Castellanus Brestensis, post Cujaviensis, Ianua Hono-  
rum & Meritorum; quæ fronte sua pacem Lechiæ  
clauserat, nunquam conflictui aperuerat campum, fau-  
sta Togatæ quietis inaugurans Sæcula. Vir Tritonio  
Numine ortus: in Cunis Pusio non pusillus: adhuc in  
juventa, jam ægide corpulenta munitus; utpote non  
ad Cæsarem Thermas, Neronis Bajas, aut cultum  
Persicum natus. Verus Lechiæ Miles non Sydonium  
Muricem, aut simbriam aureâ intertextam laciniâ, sed  
Geticum Mavortis umbonem Macedonicas fundens  
lacrymas, in Cunis sollicitè poposcerat. Mirare ille-  
cebris cumulate Sardanapale, effæminate Heliogaba-  
le; quos voluptuosior Iunonis sagina pavit & lacta-  
vit, ad Epicuri ampliores haras, non ad Aras Patriæ tu-  
endas. Sepeliatur in cinere Troja Letheo; quæ unum  
tantum ad galeam parturit Hectorem; alios verò non-  
nisi ad Phrygias tunicas, cultumq; muliebrem. Renu-  
it



it hæc Familiã effæminatõs nũtrire Pãrides, sed lorica-  
 tos Alexandros: Si mirabantur Rheti bella sub Alpi-  
 bus Drusum gerentem: Vindelici; quã diu latẽq;  
 Viẽtrices Catervæ consilijs Iuvenis revictæ, stupor e-  
 verberabat oculos, dum IANVSIVS bifrontem ad  
 bella movenda aperuit cordis & gladij lanum. Brutus  
 contra Tarquinius & Senonas ad Cameneci Caucasum  
 Turcicos alligaverat dextrẽ Prometheos, ubiq; SVM-  
 MVM Gloriæ attingens. Tremendus Alexander con-  
 tra Alemanos & Teutones ferrõ minacissimus: ivit per  
 damna per cædes curasq; sagaces expedivit per acuta  
 belli pro Patria generotẽ, nullis quandoq; devictus  
 vinculis. Sed perpende penna; qualis erat Vitis, tales  
 esse crede Racemos, *Stephanum. Remigium, Samue-  
 lem, & Simonem*, Patri non disparem Partum. Ca-  
 milli adversus Faliscos, Decij contra sicas Patriæ nati:  
 Herões & Hectores; in quorum animis Gradivus cum  
 Bellona, Tritonis cum Fortuna, Apollo cum Mercurio  
 sua posuere Numina. Magnanimi in teneritudine  
 Iuvenes Literas primõ discunt, trucibus Mauris postea  
 lituras impressuri, fatali eisdem mulctaturas lithi-  
 asi. Et bene: literata utiq; stratagemata citiũ malẽ  
 feriatos capiunt Troas, quam aperta Grajorum prælia.  
 Seu Diomedes enim seu Vlysses armato pede invadat  
 Trojam, parum interest, modõ post decennem assul-  
 tum incensa Danaï dominantur in Vrbe. Nativi Po-  
 loniæ Ascanij optimẽ Apollinari Lyræ assvescunt, ne  
 ad tubam Martis delirent, imperentq; ranis cum Au-  
 gusto palustribus, aut capiant Domiciani muscas; quos  
 Clava Herculis & Sagum, vel cruentus Iulij gladius  
 cum volumine Triumphis animato decet. Ideæ Vir-  
 tutum in Palestra Minervæ splendentes in Gymnasijs  
 Probitatis morum coloribũs pinguntur, perfectẽ erudi-  
 tã, quõd:

*Doctrina sed vim promovet insitam,*

*Rectiq; cultus pectora roborant,*

F2

*Utcunq;*

*Uicunq; defecere mores,*

*Dedecorant bene nata culpa.*

Novi de hostium strage Laertiadae bellatricem Indolem cum annis in hostilem Hellepontum impulerunt, donec sub galea maturescerent veri Argyraspidae.

Primi Polycratidae ad Fastigia Praecellis Eminentiss in Senatu honorati, quia Virtutum & recte factorum coronati magnitudine. Nempe ad aureum Honoris Pomum nunquam dolo Lesconum contenderant, ut ad tam sapidam & sublimem Portionem Triumphali Achajorum Carpentò per clivos meritorum veherentur. Id est prius Celtas & Heduos cogitaverant, ut securò animò Portas Dignitatum occuparent & Capitolia; ad quæ non aliter ivere, quàm per IANVSIVM Genitorum suum, lanuam Operum illis ab Ævo referatam.

Ast diverte calame ad Illustrissimū MARTINVM de Bogusławice SIERAKOWSKI, Castellanium Ino-vladislavientem, Capitaneum Predziecensem, STANISLAI delectam Pubem, IANVSI Fratrem cordatissimum. Hunc Alcidas Sarmatico regentum Poloretove bustis. Descendat Sacer Eques in Aciem Scholasticam, quanta gessit, donec decesserit, repetat. Statorem in via Meritorum, Celerinum in hostem perfidum agens, natus mori pro Gente sua Curvius extiterat. Incendiò amoris inflammatus Sauromata non unicam cum Scævola manum, sed totum se Vulcanijs reddere carbonibus non recusaverat. O stupendam Propaginem! quid debeat Roma suis Neronibus, testis Metaurum flumen, & Asdrubal devictus. Quanta SIERAKOWSCIANÆ Genti Lechia debet pro Meritis, nec Senatus decernere, nec ævum evolvere poterit sempiternum. Re & Nomine Miles MARTINVS totum se & Arti bellicæ & Marti devoverat, in Iugurtas & Cymbros ut immanis fieret Marius. Hunc Iustitia & Pax osculatae sunt: nam suis prælijs Togatam Genti Sarmaticæ reparabat; ipse bellorum agitatus turbinibus

binibus & fulminibus, ut Patria in tanto strepitu fecurius quiesceret. Verior Licurgus iudicio Sacra Themidis amplectens Adyta, Marschalculus Tribunalis Regni & Princeps proclamatus, ut à Lance tam Magni Catonis, & Sententia valor Iustitiæ penderet. Verè Iustitia ejus ab Alto prospexerat Olympo: nam veriorum Consum venerabatur Sacratior in Iure Astræa. Nempe fuerat Vindex avaræ fraudis, & abstinens ducentis ad se cuncta pecuniæ: Iudex præferens honestū utili, rejecit dona nocentium, & per obstantes catervas explicuit sua Victor arma. Sidus primæ Magnitudinis, à quo tergemina processere Orbi Sarmatico Stellæ: IOANNES, STANISLAVS, & VLADISLAVS Filij: Proles in delictum Lechiæ prolata. Vulgaris non divulgo IOANNIS Ethymum, Ductoris Fratrum, Castellani Bidgostiensis: nam vocalis ex se Polonas aures consona Virtute replevit; quem scilicet ipsa castra juvant, & lituo tubæ permistus sonitus, ut sublimi sidera feriatur vertice. Amor Regū & SIGISMUNDI III Domesticus & collateralis erat, ut ejus dimidium animæ, & dilectus Ephestio exitisset. Formidandus pro integritate Gentis Fabius; cui in vita nihil gratius, quam pro Patria non vivere; liberrimo Nobili nil svavius & generosius, quam pro libertate suorum capivari.

At fortes fata non angant, quinimo nec tangunt. Etenim ad Prussicam contra rebellem Gustavum cladem nefandam ruinam Heroes caderent; ille solus Ducem stando mori oportere probavit. Dilectus Patriæ Anchises stetit impavidus, & avidum cruoris disgustibus bellicis Gustavum cum opprobrio satiavit; ipse mori in acie volens nequibat. Adhuc eundem Svecici, Pannonici, Moscovitici, Othomanici campi invictum Hectorem resonant: nam quoties Harpiæ Musulmanicæ fauces suas aperuerunt, ut se Patriæ sortibus ingurgitarent,

gitarēnt, tōties ille probrosō suō tabō eisdem cōdēgit.  
Nempe dum rebellis ad Chotimum Osmanus ad de-  
voranda Lechiæ bona os & manus extenderat; ne di-  
rus petulantis insolentiæ turbo Sarmatiam turbasset,  
fortior Xerxes tantam levitatem flagris bellicis cohi-  
buerat, ceu flamma per tædas, vel Eurus per Siculas  
equitans undas.

Nec ungue distat ab Inacho Cordus, sed idem ani-  
mus & entheus vigor ad Magna natæ Indolis in STA-  
NISLAO, quàm in IOANNE. Ille in Arena Bello-  
næ; hic in Ecclesia Militante Heros. Sol Eum cape-  
re ex æquo non poterat Sarmaticus, Exteri mirati sunt  
Virtutes. Id est Sacratior Tethis Ecclesia hunc Achil-  
lem sibi dilectum & Patriæ, ut telis Paridis infernalis  
invulnerabilis esset, ablutum non Stygijs, sed Lustrali-  
būs undis, Sacræ Berecynthiæ Quirinæ Palestræ ad e-  
ducandum tradidit. Fidelis Palladis Alumnus; cuius  
ingeniō ipsi Magistri superbiebant, ceu Isocrates The-  
opompō; qualem nec Stagyrita in Lycæo, nec Zeno in  
Porticu salutabant. Etenim simbriâ lucis ex asse spo-  
liavit Palladem, ut eam in extrema tantum fulgoris  
lacinia reliquisset. Fecit reducem in Patriam pedem  
decore Sapientiæ adornatus, & ut ejus Virtutes totus  
vidisset Orbis, in Monte Crucis Sacratissimæ eisdem  
exaltavit, Abbas ejusdem promulgatus. Pijssimus Imi-  
tator Christi & fervidus Zelotes, in nullo magis glori-  
ari cupiverat, nisi in Cruce Domini Dominantium,  
sciens salutarem cautelam Magistri sui: qui vult venire  
post me, tollat Crucem meam. Hanc Golgotham  
quæsierat, ut sequendo Iesum, æquè crucifigeretur: to-  
tus pro Fide & Patria mori paratus, in Crucis patibulo  
integrâ vitâ agonizabat cum Domino, ut animam su-  
am bonus Pastor pro commissis sibi posuisset ovibus.

Corona Fratrum VLADISLAVS, Annibal pro Pa-  
tria & Alexander tremendus pares meritis laudis ido-  
neæ dotes & elogias; cuius Gloria ultra Gades & Co-  
lossos

lossos Famæ Herculeæ volavit. Hunc Respubl: & domi Curium, & in hostico strenuum Camillum novit. Demosthenes, & Cyneas Polonus Tullij normam & formam penitus exhaustit, ut numerosiores hostium animos ore & robore expugnâset, quàm Dardanus Agamemnon per Nestorem Vrbes; Bellonæ dicata Soboles multùm jactata & terris, & altò vi Superum in vita sua, multaq; bellò continuò passa, ut ex illius incòmodo quies & sanitas resurrexisset Patriæ.

Sed provola altiùs penna: movet gradum in paginam & promoveret Illustrissimus LVCAS de Boguslawi-  
ce SIERAKOWSKI, IANVSII & MARTINI Germanus, Crusvicensis, post Lendensis Castellanus. Loquere muta: en ipse fati nescius Bos, ut olim in cautellam Quiritibus mutas fauces aperit, Gloriam Lucæ Orbi emugiturus Solennem. Effer Tantum Lechiæ Solonem; quem ipse Evangelicus calamus ad Summa Honorum elevat; ejus merita immortalitatis imprimens Volumini. Amore Gentis suæ incensus Æneas, etiam sub frigido Iove æstuabat igne nativæ charitatis, ut eum nec Arctoæ restinxerint nives. Non degener Aquilæ Pullus ut ex æquo Phæbum Sarmaticū intueretur, inter Exoticos Soles per octennium irretitam erudiverat pupillam. Togatus in Senatu Cicero illâ Majestate Latinâ, illâ argutiâ Græcâ pollens, ut nec Plato inter apes sapidior esse queat & maturior. Hic Mercurianis elegantis facundiæ talaris, ceu Seraphicis alis velabat faciem Magnatum & Principum, ut vultum iræ suæ ab innocuæ Matris libertate avertissent. Nempe Legatus ad Duces Prussiæ, Sveciæ Exercituum in Filandria à Senatûs Consilio delegatus plus quàm aureâ Herculis catenâ eorum animos sibi attraxit, amoremq; Lechiæ fauturum laqueavit.

Æquè ingeniosa Virtus in Illustrissimo SAMVELE SIERAKOWSKI, Capitaneo Bellicèsi, dilectissimo Paren-

tis sui Ganimedee; quem verè minister Iovis Ales ad-  
huc ex nido Trois rapuisset, ad superos, ni eundem  
Terrarum Dij vetassent obsecrantes:

*In nobis tantâ caligine rerum*

*Pro Polluce mica, nobis pro Castore fulgo.*

Catafractus Heros sub Serenissimo IOANNE CASIMI-  
RO Rege & Duce in Nomadas & Numidas Getesq;  
bellacissimus, sive Pugilem, sive Equum expresserat,  
semper merita Fronde decorus per sacrum chivum fero-  
ces traxit Sicambros Patriæ, ipse Achaico curru ad  
Capitolia cum Triumpho ducendus. Optimè pro  
sua Roma hic Scipio ad illam infestissimam Carthagi-  
nem cruento desudavit rore; gloriose tamen Sparthano  
illius pectore Polona Lacedæmonia defensa.

Ad hanc Metam suæ tendentiam direxit SAGITTÆ  
& Illustrissimus IOANNES SIERAKOWSKI, Castel-  
lanus Bidgostiensis, Genitori Inclyto similima Proles.  
Indomitus pro Patria Samson vires suas ut plurimum  
in Thracios extenderat Leones, ut faucibus tantorum  
Heluonum ingurgitatam Poloniæ sortem vindicaret.  
Vivus Heroum Prototypus, faustissimus Bellatorum  
Genitor, Senatorum Ducumq; Prodromus & Præcur-  
sor IOANNES. In Comitibus Regni Mareschalcale  
inter Satrapas Polonos tenuit regimen & molimen;  
cum non esset tanto aptior Atlas oneri, quam Mare-  
schalcus Christi; cui nullum in vitæ illecebris solamen affa-  
bilius, quam Ducem agere pro amore Patriæ Sarmatis ad  
mortem. Conjuratus in Gelonum capita hostis, sem-  
per ei bella geri placuit, illud Polonis inculcans Hero-  
ibus: si pace frui volumus, bellum gerendum est: ne-  
mo in pace vires suas probavit: si bella desunt, virtus  
experimento caret.

Pari dexteritate supereminebat GASPAR de Bogu-  
slawice SIERAKOWSKI, Apellis aut Pharrasij penicil-  
lo adumbratus Lechiæ Adonis, Sapientiæ & Virtutum  
fulgore delibutus, Rex Bellatorum, redivivus Mirrida-  
tes:

tes: totus ejus spiritus Martem spiraverat, ab ipsoq;  
duxit opes animumq;, ferrò per cædes & damna strepi-  
eando, Morum probitate Excellentissimus Numa. A-  
li, Magnitudinem Virorum, Dignitatum amplitudine  
metiuntur; illi nullus erat tam magnus Honor, qui il-  
lum mole sua Magnum efficeret. Scilicet: ut Colossus  
etiam in puteo servat suam magnitudinem, ita ille in-  
gentem rectè factorum gloriam ubiq; remonstraverat.  
Arbor Lechicæ Vitæ non semel dentatis hostium ton-  
sa bipennibus acriq; ferrò, ut Palma teneritudinis Po-  
lonæ melius pulularet: ubertate frugum nobilissima,  
in Saginam famelicæ Matris sapidos germinabat fru-  
ctus nunquam sterilis.

Hoc gravido Stipite Gratissima Cælis effloruere Ger-  
mina, STANISLAVS & IOANNES. Perillustris,  
& Reverendissimus Dominus STANISLAVS *de Bogu-  
slawice* SIERAKOWSKI, Archi-Diaconus Sremsis,  
Canonicus Metropolitane Cathedralis Gnesnens: Eccle-  
siæ militantis unctus Eques; cujus animum in ortu  
adhuc fulmina contra hostes Fidei præfagientem con-  
clusa declarant sæcula. Indefessus Theseus: cujus qua-  
litates ad alta ferre Olympia: calamitas calami est.  
Desinant illius Virtutes sibillare Codicum folia, cum  
sat optima generosi pectoris indoles vel in ipso naturæ  
& actionum suarum primordio emicuit. Aris & Fo-  
cis in victimam consecratus. Isaac, Gentilitio Annulo  
Angelicam sui puritatem æterno spolavit Numini a-  
dedo: ut tam stipulata fœdera nec Sacrilegus Boleslai en-  
sis ob invidiam discumpere posset. Sublimis Icon humi-  
litis, Avitæ Gloriæ Sagittam nunquam ad Alta Hono-  
rum direxit, donec primò Altissimi summa cordis  
pertigerit ictu. Avorum dilectus Nepos: ne Illustris-  
simæ Prosapie fatis extinguerentur Cereæ, Sacratiobus  
Cereis illas inflammavit. Fidelis Cultor Iustitiæ, ut in-  
ter Electos Dei sicut Palma florisset, à Centuriatis  
Capituli Gnesnensis Capitibus ad Tribunal Regni  
H  
Deputatus

Deputatus Electus, Sancita Legum muniverat; ritè  
munia Divæ Themidis administraverat, dolos Sinonios  
propulerat, & auri Sacram famem abnuens, doctam  
Prophasim recitaverat:

*Non possidentem multa vocaveris*

*Rectè beatum, rectius occupat*

*Nomen beati; qui Deorum*

*Muneribus sapienter uti caller.*

Sequitur Magni sui Genitoris Virtutem non minor  
Filius IOANNES de Bogusławice SIERAKOWSKI; qui  
utpote duris assvetus Martem secutus. Rarò enim de-  
didit magnanimus quod semel didicit, animus: quam  
imbibit inclyta semper naturam retinet Virtus, non  
morà, non demum oblivione annihilabilis, toties in  
apertum non sine spe Gloriæ proditura, quoties eandè  
experiendi evocat ratio, more Herculis: qui elidendis  
adhuc, in cunis aptus angyibus pati non potuit, quin  
immanem, quia septicipem eò gloriosius, quò fortius  
aggrederetur hydram. Ad Austriacā Germaniæ Viennā  
Campū Gloriæ quæsit; cui à teneris studuit, nemini  
cessurus IOANNES: *Serenissimo IOANNI III* eò cari-  
or, quò dextrior, eò acceptior, quò magis animosior ad  
Cannas perseveraverat Anntbal. Eruperat ex Othoma-  
nica Porta nō secus ac Danaorum tonipede, omne mali  
genus: hic minæ, hic terrores, & innumera hostiū o-  
bijecebatur potentia, illius tamen generosū minimè mu-  
tabat animum bellè supponentem: non ita esse formi-  
dabilem nubem, quin in stillicidia lacrymarum resol-  
vatur. Verè non sine gratia IOANNES, qui ejus mo-  
di pericula postposuisset. Per cujus enim ossa gelidus  
non decurrisset pavor, illam Cælum missilium tempe-  
statem præferre videndo; quæ non tantum lucem,  
quā nō dederat, denegaret, etiā mortalibus pernitiōsa  
multorum agmine denso imminebat vitæ. Elusit hos  
impetus IOANNES, dū superbū Othomanū elisit, du-  
rior Sagittis probatus, quā ille malè peritus supposuerat:  
omne-



omnem ejusdem Gigantonomachiam fregit, & ita prostravit, ut ante Triumphator, tunc triumphatus liberas dederit in sædera manus. Felix dexterâ; quæ illi benedictio & defensio simul, grassante per cervices umbone dum cædebat, hostes cedebat, verum Sincinium non aliam, quàm Calvarijs stratam facientes decurrere Appiam, ut in Capitolio Honoris gloriosior steteret.

His passibus Olympia immortalis decurrebat Adoreæ felicior Epimedes VENCESLAVS de Boguslâwice SIERAKOWSKI, Vexillifer Brestensis Cujaviensis. Infusa enim semper maximè Virtuti æmulatio est, dum aliam intuetur, se prospicit, maturè perpendens, numquid sibi quod illa obtinet, desit, aliàs omnè motura lapidem, ut eandem adæquet. Æmulatur Parthasius Zeuxem, eousq; inquietus, donec sua major appareat virtus. Angustiant Themistoclem Miltiadis Trophæa, tunc modoprimum calcari solutum, cum triumphat. Victicium Studiosus Palmarum, IOANNI invidus, non tamen peccans. Sancta enim est hujus modi invidia, & virtus dicitur. Robustus viribus, & ipsi in Acie militari Crotoniadæ par, Cujavienses Equites eò fortunatius, eò melius in prælia duxit, quò a virtute non devius, in omnibus dexteritatem præferret felicissimus omnium; cui fervens in Superos Pietas ubiq; & semper Anteambulonem agebat. Districtum ille in vulnera manu tenebat gladium, & hostes terrebatur, vel ipso aspectu horridus, erumpentibus ab oculis fulminibus cunctos Victor straturus in acie, non secus ac Cæsar Marius Minturnis agens; qui Cymbrum cum evaginato sibi imminentem gladio vel folius masculæ virtutis recordatione, & vultus in fugam convertit Majestate: ni æquius judicasset, majorem esse in experimento Virtutem; & illas Victrices magis placere Palmas, quæ non subito, & vilis instar cucurbitæ, sed lentè in manibus crescunt. Cadebant ho-

Ha

stes

stes, erigebatur in jubilum Patria, Tantum mirata Filium, sed magis agnoscens Patrem; qui cum hostibus ademerat, ei vitam dederat, liberam & ab omni metu solutam eò veriùs pronuntians, quòd strage universam delente titaniam, nullus fuisset; qui illius integritati fraudes & stratagema struxisset. Tantus VENCESLAI in Patriam Amor amator fuit hostibus, rosæ more; quæ scarabeos enecat; apibus dulcia mella impertit Venenum hausérunt, ubi venum ituras supposuere Laureas: ut potissimùm Crassi faciunt, partas aliorum Virtute Palmas aurò Parthis vendentes, retolutum posthac in nefas soluti, ut cupiditatem restringant, pleno degustando ore, atrox crimen, & Fortunæ ipsi erubescendum morte redimentes, quòd in VENCESLAVM inciderint.

Sed non sola Virtus bellica Patriam firmat, etiam Prudentiam, etiam Iustitiam firmam sibi Regna vendicant Basim. STANISLAVS, de Bogustáwice SIERAKOWSKI, Succamerarius Dobrinensis factus, ut æquitati prodesset, Gloriam lure quæsivit, nec inscitè. Equidem duplici tantùm de fonte omnis emanat æstimatio, ex Gestis videlicet & Digestis. Qui vult esse toto vocalis Orbe, vel eum rectè factorum Fama buccinet, vel Canonicus cantet Gallus: aliàs minùs gloriosus est, de qua & illa tacet, & hic silet. Nequeunt sine pompa vivere Theopompi, qui se Institutionibus sui Isocratis Iustiniani dedidere. Etiam alter Iupiter suæ Patriæ Stator toties visus, quoties, ne illa ruisset, Bilancem Iustitiæ crexerat. Princeps Nobilitatis verè Principe dignas nactus qualitates, omnibus miserens, maximè tamen Virtuti, nullius quàm solius recti habito respectu, unicuiq; quod suum erat, reddere jubebat. Emensus limites, ipse immensurabilis unquam, etiam ad ultimam Orbis Thulen Herculis Columnarum expers; in quibus illius immortalis Gloriæ non plus ultra scriberetur. In tantam ejusdem Falces tumuerant

Emi-

Eminentiam, quantam nec Romanæ habuisse observata: jam ex Majestuoſo Subſellio Imperia dabant; jam in vapulatorias delinquentis Populi mutabantur Virgas, ſcelera non ſine ratione expiari volendo; nimirum: ut ſi attritis perpetuus incuteretur timor; ſola nonniſi virtus triumpharet. Hinc non immerito ſibi ſingulorum devinxerat corda, ut in ejuſdem ſponte & ſubito raperentur amorem, ruerent in venerationem, præter illorum turbam: qui non ſecus ac papiliones ſolem oderunt, quòd tenebras damnet; aut cæcutientes noctuæ oculos claudunt, quibus veritas odium parit: quanquam à talibus deſpici Magnæ minimè obſit Virtuti. Quid Planetarum Principi Phæbo irrationalium nocet latratus. Demerentur magis, non quidquam Superis derogant, dum oſdem contemnunt Mezentij. Sic STANISLAVS omnibus bonis cariffimus, vel hoc ſolò odio ut haberetur, dignus, quòd propriam ſibi ipſi exiguam, amicis integram litaret vitam, honorificum reputans cunctis obſequi, ſingulorum ſervire commodis, maximè. Sive ille ſomno indulgebat, ſemper non ita, quin animò verſaret, quomodo dextram porrecturus, aliorum ſubveniret negotijs. Ergo patens cuius ejuſdè Auguſta, liber omnibus venientibus efficitur aditus, præter ſcelera; quæ execrabatur detestabaturq; adeò: ut ſibi exiſtimàſſet tolerabilius Stygem Lethenq; vidiffe, quàm vel minimum facinus in ſuo conſpectu obſervàſſe. Cuilibet benignus & comis: partim tidentes in vultu præſentabat Gratiarum; partim ad miſericordiam compositis deſluebat oculis: jam lætus, cum de proſperitate amici; jam genuinus proximi Amator iriſtis, cum de infortunio audiret, omnibus ſeſe eo veriùs, quia non ſuco frontem pingente, conformans, dignus, quem Sæcula imitarentur.

Trahit vectigalem in ſui encomia calamum; cuius inelytæ dotes aurò Chryſippi, cedròq; notari expoſcunt,

STANISLAVS *de Bogusławice* SIERAKOWSKI, ve-  
rè Sanctitatis Idea, & Vniversalis Regula morum.  
Hic Regni REGENTIS; quem ingentia prætenderant  
merita; donatus Honore, docuit: vanas esse Munda-  
nas, quæ tantopere ambiuntur Eminentias, infimum  
sefe reputans, cùm maximè sublimis esset, in Honore  
non Honorius, singula calcabat; quæ Mundo Digni-  
tatum avido in summo pretio habentur. Adeò despi-  
ciunt terrena, qui sefe sublimiùs erexerunt. Non cu-  
rat, quid sit, proceræ in Libano Cedrus, cui pro Ob-  
jecto Sidera: & Cyparissus Terrarum Dijs in honore  
omnia postponit, Sacrum amplexa Sionem. Modestus  
ad stuporem, in hoc tantùm insolens, quòd oblata si-  
bi Dignitate ac pilà lusisset: ad tempus nihilominus  
eandem patiens, ne aliàs alibi Virtutem sectans, hìc  
propter inobedientiam vitium incurrisset. Regens  
Regni quoties obibat munia, regi magis quàm rege-  
re voluit, non quia tanto ineptus Muneri, sed quia  
humilis: plurimum semper in rebus Patriæ administran-  
dis sententiam secutus, ne scilicet in suo proposito  
pertinax, Fratrum, quem summum habuerat læsisset  
amorem. Quidquid agebat, in omnibus mens Su-  
peris grata latebat, suppressenda toties, ni eam indices  
ad Sidera lati oculi demonstrassent. Quidquid dice-  
bat, semper in sublimi: oris Majestatem ostentabat: si  
Majestas dici potest; quam profunda adumbrabat  
reverentia. Dulci eloquiò Nestor; ni anni defuissent:  
non ita tamen explicabilis, ut quid intenderet, patuis-  
set. Verùm prominet in suis centrifolijs spectabilis, diu  
quæ latuit, rosa. STANISLAVS, quod arcanum pridè  
in corde ferebat, evolvit. Cassini D. Benedicti AB-  
BAS factus, illam vitæ induit Sanctimoniam, ut ho-  
minem negans, Seraphim dixisset, ni aliis caruisset:  
quanquam & has toties sibi Sanctior fomârat Dæda-  
lus, quoties pijs instructus actibus, volârat ad Supe-  
ros. Optimus Mysta plurimos exemplò docuit, verū  
etiam

etiam Innocentiæ Spēculum; in quō se singuli eō ef-  
ficaciū intuebantur, quō magis indecora sibi, inde-  
cora conscientiæ deponerent, vitam instaurantes, quā  
neglexerant, grati Deo, qui olim odium meruissent.  
Profuerat suis; imō maximē, quibus præfuerat, Bene-  
dicti ABBAS verē benedictus: lincem induit, ut acu-  
tius, quid inter Fratres ageretur, vidisset: sceleribus  
gravis extiterat. Sunt enim & in Cælo, qui recalci-  
trent Luciferi: & in Collegio Christi, qui seminet  
zizania, præstō Iscariotes. Manuducebat ad San-  
ctam Concordiam discordes, in hoc solo etiam vel  
ipse discors, quōd nolentibus instaret, refragos suavi-  
ter inflecteret, aut si resistebant, frangeret, ramos am-  
putando, ne integrum laberetur in vitia corpus. Ergō  
jam nil in Cassino obscurum Cælo, hoc Illustrissimo  
Planetarum sibi præfente Principe. Alta pacis Olea  
viget: siluere ante rebelles animæ, illum Michælem  
non sine reverentia intuentes; qui levato Virtutis Dei  
Acinace, & ferre & ferire poterat. Vna omnibus  
mens Deo placere, hinc sociā exultatione illum præ-  
cinētes audisses Pæana, Apocalypsim præviō cordis jubi-  
lō crediturus, ni non tantū senes, etiam Iuvenes an-  
te Immaculati Thronum Coronas in capite gestāssent,  
licet in terrā decidui Sabæa adolerē thura, svaviora pi-  
etatis Thymiamata offerendo. Ducem egerat ad omnia  
STANISLAVS, cum præfens adfuerat; absens per in-  
ternuntiam Paterni amoris pagellam monebat conti-  
nuō, ne quidquam à Regulari descivissent motu. O  
quā auditui svaves, cordi amabiles ejus, quas toties  
ad Filios scripserat, Literæ. plenæ amoris, plenæ sa-  
lutaris eruditionis, ut si cætera abfuisent, vel ex ijs do-  
ctrinam habuisses ad Salutem. Verē bonus Pastor,  
tam multorum profuerat saluti, quā rarus, diutiū  
adhuc profuturus, ni ex Cella Benedicti Benedictus  
isset ad Superos. Sed successit Atlanti Hercules, nem-  
pe Perillustris & Reverendissimus Doñus ALBERTVS

*de Bogustamice* SIERAKOWSKI, Canonicus Cathedralis Cracoviensis, Decanus Culmensis, ABBATIALIS Oneris Coadjutor. Equidem sic ordinatum dispositumq; naturâ, ut nihil solum relinquatur; semper uno premente, fert Deus alter opem. Succedunt Pompilijs Tulli, ut Quirinæ Genti contra Albanos auxilia ferant. Decedit Philippus Macedonis, sed successorem Alexandrum relinquit, eò meliorem, quòd non qualemcunq; sed Magnum; qui Gentes edomando barbaras, illorum Nomen clarum per Orbem circumferat ubiq;. Hic antequam Coadjutor, Canonicus Cathedralis Crac: salutatus, non ineptè ostendit, quid Virtus, quid merita possent, cum Patritiâ Sagittâ illosibi in Vavello elicit ignes, per quos nō dubitatus Illustris, illi Gloriam, sibi æviternam apud postera Sæcula æstimationem peperit. Assilire contra naturam vitus Æmulus Siderum Vavellus, cum in se illum Adamantem prætulisset; qui utpote Regibus carus, non alibi quàm in Dinastarum locaretur Coronis, nec immeritò: purissimus enim totus, nam vitâ innocens, macularum expers, nisi quæ pretium adderent, melioriâ titulò venulæ appellandæ, quòd sese intuentium everberarent oculos probitatis splendore. Ornaverat illum ipse Virtutibus decorus, mole sua eminentem Cælo proximiorē exhibens, quòd in eo, eò major, quò rectè factis excellentior, steterit. Cunctorū Amor singulorum sibi, maximè tamen Fratrum venabatur affectus, etiam Antistitum cordibus præsens Ephestio. Testis fuerat Decanalibus Culmæ Eidem collata Eminentia, quàm altum in Patriæ Patrum opinione tenuisset, ampliora de se cogitantium, nisi quòd Tiaras non ambiverat, malens his præesse, quos illæ expectant. Quantum in rebus agendis prudentiâ, quantum ingenio valuerit, personat Vaticana; cujus vocem audiverat; Petra. A Serenissimo IOANNE III. Romam Legatus, Univerſæ Patriæ Provinciam tenuit; ore  
difer.

disertissimus, tantum unus locutus, quantum omnes negotij EviCTOR Optimus; in hoc tantummodo infelix, quod quid effecisset, solus referre non potuisset. Nempe dum in Poloniam redux passum arripuit, fati creptus, in Saxis Carinthiæ lapidem offensionis experiens: Cracio innutritus Vavellò, mortalitatem exiit, factus ab umbris Major, quæ augentur in occasu.

Implet Sacrum Mystrarum Ternionem SAMVEL de Bogusławice SIERAKOWSKI, Inclytum Præmonstratensium vel ideo non ad speciem amplexus Ordinem, quod coaccolorem Vestimento mentis illibatæ præferret colorem, in omni genere Virtutū exercitus, alienum se tamen à Virtute demonstrans. Ita consummata Virtus beata latibula quærit; ementita semper apud suos. Propolas in vestibulo prostat, oculis placere studens, etsi nihil videndum habeat. Cellam videlicet sciens à celando, indignum supposuit, si quid extra prorumperet, vulgi vanam pertimescens laudem, quæ tantopere fugerat. Sed invenit quanquam diutius sese evitantem Honor. Nimirum SAMVEL post innumera egregiæ Virtutis documenta ad Pontificiam expostulatus Intulam, Onus suscipere debuit, ne aliàs renuens, Coronam quæsiuisset sine merito; quæ soli debetur labori. Non obfuit nihilominus Religiosæ modestiæ sublimis Eminentia: Prælatum ille se videbat semper, elatum nunquam: fastum admisit nullum, nisi quem Antistitis compateretur Dignitas; si fastus dici potuit, quem in arcano cordis penetranti abjectum calcasset. Amussis & Regula Cleri, quidquid alijs injunxerat, primus fecerat, obsequentiores reddendos putans, quod Author sibi paruisset ipsi. Bonus Pastor rationales Oves se habuisse noverat: verbis ut nummis usus, ne molestus fuisset: blandè cujusvis subintrans animum, quò faciliùs imperasset. Sæculis opus est, ut ejusmodi Phænices nascantur. Tantam Virtutum SAMVELIS aptitudinē Alta Subsella avidiùs expectârant,

quàm olim servi oculis Regnum destinantes in Phœni-  
cia solem, ut sese ornasset, certò conscensurum, ni ma-  
ximè Tænijs invisa Parca eunti lapidem offensionis  
objecisset.

Hactenus per Magnos Tuos ILLUSTRISIME & RE-  
VERENDISIME DOMINE exprimendos Aborige-  
nes reverens, hic penitus deficeret calamus, postquam  
illi de hoc agendum venerit, qui & meritorum mole  
lingvas Oratorum excessit, nil aliàs expressurus, ni  
sciret, hoc Vobis non exiguam parere laudem, cum  
laudari non potestis. Nempe Illustrissimo IOANNE  
*de Bogustáwice* SIERAKOWSKI, Dapifero Zakroci-  
mentú, Capitaneo Mszanensi, Olszoviensi, Magno Ge-  
nitore Tuo; pro quo edendo ipsos laborasse Cælos vel  
ex eo certum, quia quidquid in se prætulit, magnum  
& Patriæ salutare fuerat. Sublimis illi, & qui non de  
Promethæ igne, sed de foco Abyssi Luminum scintil-  
lârat, animus, hinc nihil præter excelsum attentaverat  
unquã ipsis Astris exnunc inferendus, ni labanti Patriæ  
Columen datus fuisset. Verè Præcursor, quia ad Sub-  
limium Honorum Princeps habitus Augem: dignus  
quem Sæcula imitarentur: Summis par Heroibus, imò  
supra Heroes; quos longa rectè factorum serie excelle-  
rat. Vox fuit sed non tantum: rebûs etiam vastum,  
quò vocalis extiterat, implentibus Ethymum. Gratias  
sonabat: sed plures; quàm olim fabulosa numeravit  
Vetustas, proprio deportans in Nomine, Vir Gratiarû  
& Virorû Gratia IOANNES, non ita nihilominus be-  
nignus, quin in cruenta Mavortis acie minis plenum  
conspexisset hostis, Arietem bellicum, non Agnum  
mitiorem penes se retinentem. Certè Terror hostium  
poterat dici ipsissimus, ni etiam in castro Nomen ut-  
cunq; temperatum tulisset gratijs, quòd frangere ho-  
stem gloriã, quàm ferrò semper maluerit, vincere quã  
necare, nisi pertinaciã suã perire voluisset. Ille ne se  
hostilis in Poloniam furor effunderet, se ipsum ceu  
agerem



agerē paratus erat opponere, occurrereq; fatis libenter,  
 ut Patriam præterirent. Ita tamen addictus Marti,  
 Palladi nunquam defuit, par nactus ingenium castriq;  
 Togæq;, & ense valuit & mente Agamemnon  
 simul & Nestor. Agnovit ætas illa, quâ  
 vixerat, non Gallias tantum suos habuisse Hercules, sed  
 Genti quoq; Polonæ suos non deesse Alcidas, qui æ-  
 què gladium sciunt vibrare ac lingvâ, æquè in vin-  
 cula hostem conijcere, ac corda Civium captivare,  
 postquam eum IOANNEM viderat, qui publicis in  
 congressibus ita plerumq; consilijs cætenabat hostes;  
 ut in Campo sentirent Martio. Quàm felix hoc Da-  
 piferò fuerat Patria! qui eam toties langventem re-  
 fecerat, eò dulcius, quò salutariùs, afflictæ nectar pro-  
 pinando, propinaturus ampliùs, ni solus Lethen hausis-  
 set. Imò si decessisse dicendus; qui in Vobis suis Caris-  
 simis Natis gloriosus vivit.

Illustrissimus GABRIEL de Bogusławice SIERA-  
 KOWSKI, Capitaneus Mżanensis, Tuus ILLVSTRIS-  
 SIME & EXCELLENTISSIME DOMINE Germa-  
 nus, verè Patris Viva Imago, vel in se uno Metesim-  
 phosim admittit; cujus magnas dotes Virtutesq; ex-  
 hauserat, nec immeritò: equidem:

*Fortes creantur fortibus & bonis*

*Est in juvenis est in equis Patrum*

*Virtus, nec imbellem feroces*

*Progenerant Aquila columban.*

Vir ad magna natus, nec frustra GABRIEL, Festo  
 Solennis Annuntiationis occasionem dedit, cum Le-  
 gatum egerit, ut nimirum Palatinatus Cracoviensis  
 inter alios Princeps, ad inaugurandum Cælo Sarmati-  
 co Iovem confluisset. Pulchra ejusmodi Virtutis ex-  
 hibendæ occasio GABRIELI fuerat, quæ illum eti-  
 am ad Mareschalcalem Scipionem evexit, vel ideo nō  
 ad apparentiam Primum faciens, quia Illi singulo-  
 rum vota, omnium dirigenda concedidit corda.

Phosphorus hic est, quem, votâ prosperantibûs Superis, Phæbei utinâ quantocyus consequantur Honores. Fertur adhuc in Vestri Amorem Illustrissimum ROMANVM Capitaneum Olzovientem, ex se quidem levis, sed Vestrarum Virtutum pondere gravis penna, multa expressura, nisi sibi ipsi immortales scribat Fastos NOTARIVS, totum ad pœnam damnans, quidquid de se dicitur. Umbras à concolore ingenio ductas postponit, ne Virtuti obsint, obsulcantes magis, quam illustrantes clarissimam. Maxima ejdem laus, nolle laudari: hinc talariatos, qui sese attollant, absolvit Mercurios; quem propria Penna supra Acrocorynthum effert. Equidē quidquid eruditi nō minûs, quàm Iusti annotat calamus, Aurum Patriæ est; licet in ferum nonnunquam degeneret; quod in suas cervices perfidi trahant Cathegi, capite vel ideo comminendi, ne fraudes machinentur noxij Civibus, in id non benè sani immani & Sacrilego conspirando ausu, ut afflicta, viperarum more, à qua vitam acceperant, mortem inferant. Triumphârat hœc non semel Patria, triumphat & modò; per quem se quoties eandem labi contingit, erigi videt eò sublimius, quò celsius propriam, figit in æthere famam Innumera quæ fat scitè expresserat Volumina, lumina sunt, quibûs nunquam cæcutiens Patria semper videat, ipso centoculò acutius Argò, quia ad quævis lux imminetia integritati discrimina cauta; quæ illi hic verè Vir Salutaris vitanda præscripsit. Imò nec in Castro tantum, etiam in Castris strenuus ejusdem Defensor, dextrâ Vexillum deportat, ut Victoriæ præludat, non mentiente Antonomasia ROMANVS Durilium exhibens, Victrices Corymbos, & Triumphales quotidie Palmas colligendo. Felix Mavors; in cujus hic Magnanimus Heros sistit arena, Virtuti, imò & ipsi fortunæ erubescendæ expers catastæ, quia a funesta semper alienus catastrophe; pro quo iste Cecrope genero-

generosior vigil excubat: Admirata hunc suum Ho-  
ratium Sarmatia, quando non extra paradoxum mo-  
tas hostium toties in se toleraret catervas, nec arma  
dimisit; victoriam reportans, ubi maximè vinci de-  
buerat, vitam carissimæ dedit Patriæ, dum hosti ne-  
gavit, fortunatus Victor ubiq; si fortunatus dici po-  
test, qui nihil illi, totum propriæ debet Virtuti, bre-  
vi inter Illustrissima Lechici Poli (faxint Superi)  
locandus Sidera.

Hæc est Tux Celsissimæ DOMVS Excellentia *Illu-  
strissime & Excellentissime DOMINE*, quâ exigua pen-  
na attingere, non comprehendere potuit, utpote Di-  
vis cognatam, & omnia transcendentem: Sæculis  
opus, ut ejusmodi perficiatur Opus, ni & hæc fati-  
scent. Equidem ingens est Virtutum Vestrarum  
Olympus; quem etiam vel ipsi coævi proprijs humeris  
deponunt Atlantes, non detestantes onus, sed impares  
blandè incusantes naturam, plus Vobis Magnitudi-  
nis tribuisse, quàm illis virium, ut eundem, quò Pa-  
tria stat, deportare valeant. Torquent se Oratorum  
ingenia, nec quidquam de Vobis concipiunt, levita-  
te verborum citius vastum ambiendo Orbem, quàm  
Vestrum Eminentiam vel minimum adæquando. Fru-  
stra Xerxem induunt Torquati, ut Amplissimo huic  
Helleponto verborum injiciant catenas: liber hic &  
vinculorum impatiens Sidera petit, unde proprium  
derivat ortum. Ad tantas angustias Augusta Vestri  
Nominis Regia sese comitantes redigit, eò majores:  
quòd Mediam ODROWAZIANÆ adjungentes  
SPHÆRÆ, Orbem constituitis, eumq; novum, ut  
rarus sit, qui Vos assequatur Columbus, nullus qui  
capiat.

Scilicet Illustrissimus KOSTKARVM per ZALIN-  
SKI, Castellanum Gedanensem in Vos defusus Sanguis  
in hanc Augustam Vestram DOMVM protendit am-  
plitudinem, ut, dum olim Iupiter in Philemone

fastidiret, in Vestra Sarmaticus; Serenissimus Poloni-  
arum REX MICHAEL non sine dulci oblectamen-  
to stare elegerit. Adeo Dinastarum cordi DOMVS  
Vestra; ut non aliunde, quàm ex illa ad Regales pro-  
deant Majestates, Regnorum sapidas Cupedias Poma  
elegantiora supponentes, si ad formam Vestri com-  
ponantur Annuli. Imò nec Dinastarum tantùm;  
etiam quorum par Regibus Nomen, velut heliotro-  
pia, pedisequo passu suum comitantia Solem, Vni-  
versi Orbis Sarmatici Vobis sese insinuant Decora.  
Gaudent ZAMOYSCIORVM SARISSÆ Vestro con-  
centrari ANNVLO: LVBOMIRSCIORVM SZRZE-  
NIAWA intra hunc ducit solenne locari MARGI-  
NEM. CHODKIEVICIORVM, POTOCIORVM,  
ZEBRZYDOVSCIORVM CRVX sui Triumpha-  
lem ambit IRIDEM: WORONIECIORVM, SIE-  
NIAWSCIORVM LVNA hoc in ZODIACO cel-  
sior videri cupit: KONIECPOLSCIORVM, CZAR-  
TORYSCIORVM, KĘPSCIORVM, OSOLINSCIO-  
RVM, KRASINSCIORVM, IASTRZEMBSCIO-  
RVM SOLEA huic commensuratur SPHÆRÆ:  
PRZEREBSIORVM, TRZEBVCHOVSCIORVM,  
non integer, medio, ut totum coalescat, adjungitur  
ANNVLVS. TARŁONVM ASCIA Vestris ducit  
honorificū gestari MANIBVS: MAKOVIECIORVM  
GRABSCIORVM CAPVT exutum suò gladiò, Ve-  
stræ se submittit SAGITTÆ: LANCKORONSCIO-  
RVM hoc sub DIO excubare sibi volupe ducit LE-  
O. Imò alij; quorum longus Syllabus Fastos texere  
videtur: STADNICII, IORDANOVII, NILOVSCII,  
BARDZINSCII, DABSCII, RVZKOVSCII, PO-  
DOSCH, MALACHOVSCII, MIACZENSCII, HV-  
MIECII, ZALVSCII, LIPSCII, WIELOGŁOVSCII,  
DZIEWANOVSCII, Vobis Alto colligati Sangvine. tā  
Nobile Par se sortitos esse gloriantur, quorū nimirū, ut  
Castoris adiutoriò, feliciores Polluces ferrētur ad Sidera.

Hactē.

Hactenus gemmea quidem, pretiosi nihilominus  
apparatus expers penna Illustrissimæ Domus Tuæ ut-  
cunq; attingit Altum, nunc ad Te Ipsum humilis de-  
volvitur ILLUSTRISSE & REVERENDISSE  
ANTISTES; qui Univerſa ejuſdem collecta adeo re-  
tines Decora, ut ni eam noſſem, vel ex Te ſolo,  
integram illius poſſem metiri Magnitudinē. Nempe  
nō alijs Te Lucinæ Orbis advertit prodijſſe Fatcijs, ni-  
ſi quibus Pompeij; qui prius Magnus, antequam  
Puſio, non unum in Tui admirationem rapuiſſes  
Syllam, oſtendens etiam in Tuæ ætatis demonſtrati-  
vo Syllogiſmo, quæ Tuam temeraſſet excellentiam,  
Minorem abeſſe: niſi quiſpiam ſtaturam objecerit  
qua non obſtante, ſingula Virō digna geſſeras &  
viriliter, bellē inferendo; quod à nonnullis ambige-  
batur, in Pygmæo corpore Gigantem poſſe latere  
animum, & à remoris grandes Lyburnas detineri. Non  
expectat annos Virtus ſed Indolem: plus illa poteſt in  
decenni Papyrio, quàm in adulto Cautina. Mores Tui  
ad animi ſimetriam cōpoſiti extra cenſurā fuere, eſſi  
ipſe Cato obſervaiſſet; levitatis expertes; quos ſola com-  
mendaverat gravitas: in ephebo Phæbo perſimiles, lu-  
xerant ad invidiam, ſine ſaſtu nihilominus, quanquā  
feſti, quod plurimorum in ſeſe religioſos traxerint ocu-  
los, innumeros ad modeſtiam adoratores habuerint.  
Adeo non quævis juvenus ut ventus: adhuc formæ  
ignarus, niſi quæ Ganimedem Superis commendatum  
efficit; ita prudenter vitæ Tuæ diſpoſueras præmiſſas,  
prius Sapiens, quàm eruditus cavens, ut directa laudū  
Tuarum poſthac emānaſſet Concluſio. Palmum, quē  
alijs ad ludicra deſſectunt, Tu ad Palmam erigebas, vix  
prætextatus, jam Te Virtutum exhibens Dominum;  
quem Nobilis ſuperos vexit ad Deos; in hoc etiam ipſo  
Alexandrō Major, quod is, ut per ætatem licuit, equi-  
taſſet arundine longā; Tu Bonis in Altum Famæ peren-  
nis ferebare Avibus. Rara hæc certē laus eſt, Tibi ta-

men maximè propria, per quam Excellentissimum Individuum à cæteris discrepâras adeò: ut quoties illa tantummodo Vniuerso insonuisset Orbi, semper Te nunquam mentiente Antonomafia *VENCESLAVM* retulerit. Vitæ innocentiam nemini secundus, Cælestē Te cunctis Genium exhibueras, intaminatam conscientiam ubiq; præferens totus candidus, nisi quòd nigricante Petri Sirmate vestitus incederes, non inumbrante nihilominus, sed indicante, Te alterum Samuelem ab uberibus Matris ad Aras vocatum, Mystam exercuisse, non benè mortalibus permistum, Pastoralis Pedò, ac pede suffultum. Patuit hoc in Te adhuc tenero; qui Mundi nescius, Te ipsum maximè nosles, ac si perfecte scivisses, quem arripuisses Statim; in Virtutē tenero propenderas amore. Hinc eadem Tibi, quæ & Anorum discretio: imò si annos expectasse dicendus es, qui illā cū lacte simul Materno exlucisses, non annis tantum, etiam & Virtute crescens, eò magis: quòd multa brevi consumaturus tempora, sublimi Vertice sidera ferientem Craci petisses Parnassum, pulchram ulterius Tuæ Virtutis Ideā, vel ideò nō frustraneā, aut ad apparentiam tantum, quòd ad eam benè formatus prodieras. Quantum tunc Novodvorscianæ exultaverint Classes, vel inde conijcere facile, quòd Te plus quā Cætaris Fortunā se provexisse sensissent; in quo sublimis eruditio, & Probitas ad stuporem excelluerant. Equidem non Te latuerat, quæ pietate caret, non esse Doctrinam putandam; proinde maxima Tibi rationis & Orationis cura, ut nimirum studiosus hujus; illius devotus Cultor extitisses. Pulchro nempe gestant uniri fædere Pietas cū Apolline, & Nerva cū Minerva. In confinijs sunt Cyrrha cum Parnasso; & nil est laudabilius, quàm dum Gryphi Pòetarum cum Leone de Tribu Iuda ineunt confortia. Pietas & Sapientia Germanæ Sorores sunt, semper se mutuò recipiunt, licet interdum hæc irrideat illam, quòd hæc malleò

de capite excutitur; illa de pectore pugnò. Vtramq;  
diligentissimus amplexus Achilles, Lituras simul quæ-  
rebas & Literas; quanquam non diu sollicitus; cuius  
Magnæ Indoli quævis scite ingerebant Scientiæ. Felix  
ANNULO Polycrates Castalos Tibi adeò desponsa-  
veras Fontes, ut etiam nunc habeas, quid propines  
Patriæ, & Tibi proficius ipsi, cum sitas nunquam.  
Obsonia non alia Tibi nisi Sapientum fuerant; quæ vel  
ipse toties proprijs paraveras MANIBVS, ut Famæ vi-  
cturus, sciendi famem depulisses. Phænices Rhetorum  
deplumari maximè Tuo aridebant palato, sed non  
toli, qui Sagittâ etiam ad Cleantis lucernam doctis in-  
sidiabaris leponibus, hanc ferinam amans maximè,  
quæ Te Sapientissimum cæteris indicasset Animal. Vel  
si spatium libuerit, non alibi Tibi, quam in Hortis A-  
nimorum Reginæ recreatio summa, unde Rosas, Lili-  
a plenis exportans manibus, Rosinos, Hortensios, &  
Gallicanos superasti Hercules, nec tamen animò elat-  
us; quanquam Scientiæ potissimum inflare soleant.

Habent Oratorū Cornucopiæ sua cornua, quibus  
effertantur: latet occultus sub eloquentiæ Purpura tu-  
mor: & oris sæpe ima despicit Majestas. Reperitur  
non ratò in Tullijs fastus non unâ Philippicâ dignus.  
In omnibus Te modestum exhibuisti, dum dulces Por-  
phirij fructus gustaveris, maximè: te & Nomine Philoso-  
phus vanam temper postposueras gloriam, bene per-  
suasus, nunquam intantum conualescere nequitiam,  
nunquam sic contra Virtutes conjuratum iri, quin in  
Te, malevolo hominum conspirante livore, vel ipsum  
Philosophiæ Nomen Sacrum & Venerabile maneat.

Sed nullus contra Te inhumanitate peccavit, quem  
ritè peracta Humaniora cōmendaverat. Quoties enim  
quempiam discursum formares, dignos Hymetto fa-  
vos distillabas sine aculeis. Quoties Aristotelis experiri  
acciderit telis, occultabas aciem, ne in Acie stantem  
resisses. Triumphum fugiens, qui alteri ignominiam

M

parit.

parit. Tantis animi ornatus dotibus altius processer-  
as. Pulchrum enim est, & Virtutis Virtus dicitur,  
cum perfecta, in se nihilominus non sistit; amplius  
Campum Gloriæ quærens, exercenda progreditur.  
Adultum & cultum Tuæ Iuventutis Florem, ut Aris  
carum & Superis asservasses, Loviciensis Seminario in-  
tulisti, jam Virtutum, jam humanorum Actuum Tracta-  
tus relegens, seriòq; perpendens, num cum illis mori-  
ger concordares Hyppolitus. Inter cætera nihilomi-  
nus, de Gratia maximè Libros amasti, cum ipse Habitu-  
alem præferres, quæ Te Deo Sanctum Gratumq;  
faceret, hominibus acceptissimum; quanquam non fru-  
stra & gratuito; de quibus semper optimè mereri sci-  
visses. Patet id ex Panegyrico Plausu, quem SACRO  
PRIMATIALI POTIORUM TERNIONI Tuò  
prope Divinò fabricatum, ingenio dedicaveris, sat ele-  
gantem, & dignum quem Oratores stupeant, quòd  
in illo non verba, sed Oracula expresseris; sublimitate  
Styli supra Acrocorynthum, pulcherrimè Thaumaturgà  
DOMVS Celsissimæ CRUCEM exaltasti. Hinc  
singulorum in Te attonitos vertisti oculos, ma-  
gnas Tuas admirantium qualitates; cunctorum pro-  
pensa ad eò devinxisti corda, ut mutuis confusi deside-  
rijs, certatim ad Te concurrerent amandam. Et jam  
quanquam non IOANNES, Crucis nihilominus inti-  
mus Cultor, Sacræ Adoptivus fuisses Dignitatis, nisi  
Te nondum matura ætas ad videndos extraneos avo-  
casset Soles. Indolere plurimi Te cordis Delicium suis  
esse ab oculis, nisi quòd illicò reflexi desissent, ne Tu-  
is nondum adultis injuriam intentassent annis. Sic  
omine fausto exteras peragrasti oras, nec tamen quas-  
vis, sed cultiores; non oculos inanis pompæ specta-  
culis pascendo, sed animum Sapientiâ, & quidem  
virilè non curiosâ, optimè gnarus genus quoddam in-  
temperantiæ esse, plus scire velle, quàm necesse sit.  
Romam; ex qua Univerſo scienda Orbi prodeunt ad  
Salutem



Salutē, Magni Tui perfectivā elegeras Animi, Arcana Dei  
Myſteria, non alibi melius, quam in Vaticana Petra  
reſcire volens; quæ olim in PETRO prima Chriſtum  
Filium Dei Vivi cognoviſſet. Quemadmodum reſci-  
veras, & Magnorum capaci Tuò perceperis ingenioſ:  
quorum in Inſula Pathmos Diſcipulus IOANNES ut  
ſpecies expreſſas habuiſſet, Calum ipſum Magiſteriò  
uſum, horrida mittens iterabat fulmina. Sic meritò  
Sapiens Theologicam Tua in tempora traxeras Laure-  
am, ut nimirum ſic Coronatus dignus fuiſſes, qui an-  
te Sancti Sanctorum, quia Agni Inimaculati Thronū  
ſteriſſes. Nec moram pati videbaris, cum ecce Tibi  
Propheticus ille Calculus os purum & Sanctum red-  
didit, quem Genius Cæleſtis forcipe de Altari tulerat,  
ut ab hoc Carbunculo Gemma Vavelli Coronatū  
fieres. Redux in Patriam Sactum Craci Senatū in-  
greſſus intantum excellueras, in quantum altum in ſin-  
gulorum cordibus intimus tenuiſſes Achates, omnibus  
quibuſcum verſareris amabilis, maximè tanen IV-  
NOSIO in delicijs AGNO; qui inter Tuæ illibata lilia  
mentis paſci conſueverat, cunctis in pretio, eò majori,  
quò Vir prudens & Conſilij plenus ſemper Patriæ,  
ſemper Bono Communi ſalutaria voluiſſes: Viderat  
hoc in Te ac in Speculo quodam Sereniſſimus AVGV-  
STVS II. Poloniarum Rex Inviſtiſſimus, & illico V-  
niverſam Regni Fortunam, quia Nobile Pignus Co-  
ronas Tuæ tradidit Cuſtodia, vel ideo ſinè ullo metu  
& ſibi ſecurus, quòd Te alienum à Coriolano prodi-  
tore noverit. Hic Tibi cura præ cæteris fuerat, eò ma-  
jor, quòd memineris Iaſonem, licet bellè cuſtoditum  
aſportariſſe Vellus. Noctes inſomnes, horas pervigiles  
duxeras, ne quidquā a vigilantis deſciviſſes ethymo, bo-  
nus Cuſtos, ſed Civis Patriæ melior, fidē ſervaviſti, quā  
innumeri plerūq; frangunt. Falluntur in Zopyro Paby-  
lonij, dū eidē aſplendiſſimā Urbem aſſervandā concedunt:  
Cilicon Mileſius Mileiū Patriā prodit, quam vel ſolus

naturalis tutandam suaserat amor. Et Milo quod alteri  
sponderat, cedit Papyrio verbum. Maluit Atti-  
lius Regulus ad supplicium redire, quam datam Cartha-  
ginensibus violare fidem. Tu viarum incommoda &  
quæq; pericula sustuleras, ne alias vel solâ innocen-  
tia peccans perfidum Te carissimæ monstrasses Patriæ.  
Tantum in Te ejusdem valuit amor, ut illum etiam  
ipia, qua nihil carius, præferres vitâ, non Gloriam re-  
putans, dum Tibi, maximam, dum illi vixisses. Hinc  
inter Publica Regni quoties assideres Negotia, vel u-  
nica Tibi videbantur otia, quæ nimius Patrij Soli ex-  
cesserat fervor, adeo; ut quæ illud sentirent, sentiens,  
Te ipsum sentiret nunquam. Ergo non Tibi Sangui-  
nis discretio ulla, æquam semper in omnes Doricæ  
Musæ præferebas lancem, huic maximè justus atten-  
dens Aristides, ne Generis, aut cujuscumque impulsa re-  
spectu, in unam magis, quam in alteram propendis-  
set partem. Equidem non raro accidit, quod iusti-  
tiæ Libra non libera, & propter Cognatos incognita,  
apud nos violentiam patitur, non secus, ac apud The-  
mistocles, qui rei d'ionum, & naturæ ipsi intolerabi-  
le existimamus, quin amicis cunctis in rebus magis fa-  
veamus. Procul a Te hæc Opinio: errare non pote-  
ras; in cuius mente Supremi Iudicis semper præsens  
Tribunal extiterat, eò Te efficacius dirigens, quòd in  
illo, quid Te egisse oportuerat, vidisses. Nimirum  
Prudentia (quæ est animi lucerna, & rectæ rerum agen-  
dæ ratio) ita Te totum disposuerat, ut nulli sem-  
per, quam recto firmis adhæseris, etiam verborum  
non ignarus delectus, quæ dum maximè prodesse vi-  
dentur, veritas non raro adversantur. Hinc Tuus  
prope Divinus creditus sensus, à Singulis non secus  
ac quoddam audiebatur Oculum, ex eo tamen maxi-  
mè, quòd acsi quid rei deesset, Tibi diffidens ipsi, sanò  
aliorum juvare poposceras consilio. Nempe modestiâ  
in his secutus Magistrum: hominem Te noveras, pro-  
inde

inde errare potuisse; præ alijs sapere noluisse, hoc uni-  
cò exceptò; quòd grande discrimen onturū Patriæ vi-  
dens, suaviter & blandè cunctorum moveras corda,  
quòd facilius in Tui vota, nutantia flexisses. Sic Ma-  
gnus consilij adoratus Angelus omnium Tibi Vecti-  
galia feceras ora, miserorum nihilominus maximè,  
qui quoquò versus fueras, individui, Te summi, non  
secus ac quondam illum Cracij Antistitem Vavelli I-  
VONEM pannosa egestas; ingeminaverat Advoca-  
tum. Equidem semper alienæ compateris inopiæ, nò  
primò cordis verus Proximus Te maiore solvens, do-  
nec beneficentiæ, gratiarumq; Tuarum tandem dies  
copia, tantò ferventiùs, quòd ex pænitentis etiam I-  
sraëlitarum Cytharedi noveris Oraculo: *Beatum esse,*  
*qui intelligit super egenum & pauperem.* Miseretur in-  
quam, maxime tamen ideo, quod:

*Magnum pauperies opprobrium, jubet*

*Quidvis & facere, & pati*

*Virtutisq; viam deserit arduæ*

providè cavens, ne pulchram Beatitudinis; quam  
tabbus Aeterna reliquit Veritas, Lauream amittant.  
Rari enim Numina colunt, cum dapes; quibus tamè  
depellant, volunt: pauci, quibus cum paupertate be-  
ne conveniat: sæpius Numæ desipiunt sine nummo,  
Cælum negligentes, dum celatum vident argentum.  
Advertis hoc: proinde more illius Eleemosynarij Hie-  
rosolimitani IOANNIS, omnia Tua pauperum affe-  
ris communia, panem hsdem quotidie frangens; licet  
Divinus contrarium proferat Vates; quotidie eorundè  
subveniens necessitatibus, in hoc Vespasianò felicior,  
quòd nullam; quæ non bene culpam facias, Te amit-  
tere conqueraris diem. Sentiant hanc auream supra  
se Tuam Manum etiam ipsa Sacra Vestalium Gynec-  
cæ; in quibus ne æternus Cuius Altissimi deficiat  
Ignis, abundum eidem suppeditas alimentum. Senti-  
unt liberalem Trajanum Divorum Atæ; quas jam

amplioribus augeas & ditas redivisibus, jam pretioso exornas apparatu, jam collapsas restituis jam novas erigis, sollicitus curando; quod plurimi negligunt, ut si possibile sit, nullus locus ab Honore vacet Divino.

Quantum Tibi sit Orthodoxa Religio cordi, quamquam altum in Tui teneat amore, vel ex Zelo facile quis conijcere valet; quod altera *PETRI* Manus ad stuporem excellens, mortiferam Ecclesiae, Regniq; pestem, insolentem Hæresum adeo comprimis pervicaciam, ut Te gravem sibi sentientes, Fulmen asserant, ex nunc Tuis subiiciendae Clavibus, ni plus in ipsa malitia possit.

Hæc est Amplissimarum Tuarum Virtutum, (quarum hic plurimas, ne longum texere videar Syllabum, prætereo;) Summa, *ILLVSTRIS* & *REVERENDISSIME* *DOMINE*, ob quam jam Matri Ecclesiae, & Regno, jam Regni Civibus, imò Universo acceptissimus Orbi, cunctorum ad Te diligendum pellexeris corda, *Serenissimum* nihilominus *AVGVSTVM* III. Poloniarum Regem Invictissimum animaveris maxime qui Te in *SVMMO PRÆSVLEI* locaturus *HONORIS*, à geminata Insula, ad Premissilem, quam nunc festivo cum plausu ingrederis; vocavit & promovit Cathedram. Prosperavit Tanti Principis Volta, nec tam Sancto quidquam adversatus intento Vaticanæ Gloria Petræ, lucidissimaq; Orthodoxorum Pharos, *BENEDICTVS* XIV. eò tamen magis, quod Ipse quoq; Tuas, utpote toti notas Orbi, bellè exploratas apud se habuerit qualitates, majora Tibi intra suorū præcordiorum abdita reservans arcana, nimirum Eminentissimum (faxint Superi) qui Universalis Ecclesiae Cardinem decet, Honorem. Hunc *PROTECTORI* suo & Sarianus noster non vanus Augur vaticinatur Apollo: interim nihilominus, cum eidem Tibi plaudendi abunda sese offerat materies, & suavissima vocalissimarum Tuarum Virtutum spontaneum

&

alacrem moveat consonantia, doctam pulsat ebur:  
leo pollice Helim, hoc Tibi, non secus, ac quondam  
Claudianus Honorio, licet dispari voto, pari tamen  
gratitudine, præcinens celestia: Intende prospere pro-  
cede in hoc PRÆSVLEI SVMMVM HONORIS,  
ILLVSTRISIME & REVERENDISIME ANTI-  
STES. Sacra ore hians aperto INFVLA perpetuum  
apud Superos pro Domo Tua agat Oratorem: ut Te  
SVMMI Possessorem, Celsissimæ quantocyus Succes-  
sorem veneremur Eminentia. Pastorale Pedum;  
quò suffultus in Præsvleæ Dignitatis Pastophorio sisti,  
in illam Tibi Aaronis vere novo pululet Virgam,  
quâ gemmante, reb-ilibus Terror efficiare Filij. No-  
bili Augusti pectoris Adjuncto, non jam Erithreis  
gemmis, aut pretiosis lapidibus, sed Tuis distincto Vir-  
tutibus Rationali; inquam Pontificia CRUCE; quæ  
*olim Deo Solium Currusq;* fuerat; non secus, ac Pom-  
pejus Albis ad Capitolium Quadrigis, ad Templum  
Supremi provehate Honoris. Longum Episcopalis  
distema Vitæ Tuæ vitæ adeò firmet stamina, ut

Parcarum elulo impetu, centenos veteris  
illius Peripatetici; cui Nomen adstruendum

Divini, transigas Annos. Hæc ille fa-

vorabili ingeminat hordâ, hæc

nos Academici corde pre-

camur, quia sincere,

quia candidè, per

Sacillatam

ILLVSTRISIME

FVNDATORIS,

& Sceptri-

ram Maeris nostræ

CRUCEM

juran-

tes.

Na



LIBRARIUM  
MARCHIANUM  
PROGRA

Programma  
HIERONYMVS VENCESLAVS  
SIERACOVIVS,  
EPISCOPVS PREMISLIENSIS  
VIVAT.

Anagramma  
Parsimilis Polis hic Tuus Ascensus: en  
Ipse Vnio, aureus ore micās: vive.  
Epigramma.

Pulchra manet Virtus, hanc quæ Te ducit in Augem;  
Sed magis est pulcher, PERSIMILISQ̄ POLIS  
HIC TVVS ASCENSVS: talem si quis negat esse  
Te *Preful*, nec non facta Tui videat.  
EN licet IPSE nitens exiltas VNIO totus,  
Attamen hic cunctis AVREVS ORE MICAS.  
Ergo VIVE diu, Pallas Tibi vota reponit,  
Longa brevî quanquam carmine Sæcla precans.



KSIĘGOZBIÓR  
MARCINA ZAMOYSKIEGO

4140 -KZ

4152 VZ